

BIBLIOTHECA
SCULPTORUM ORATORIUM
ET SPONSGERI
TEUBNERIANA

DONATVS

OMNIS TRIVIUM HERENT

I.

UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Naturstudien im Hause.

Plaudereien in der Dämmerstunde.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeichnungen von O. Schwindraheim. 2. Auflage. 1901. In Original-Leinwandband M. 3. 20.

Das herrliche Werk eignet sich nicht nur vorzüglich als Geschenk für bezahlte, gesunde Knaben, sondern auch als Hilfsmittel für den Lehrer zur Vorbereitung auf den naturkundlichen Unterricht. (Banritische Lehrerzeitung. 15. November 1901.)

Naturstudien im Garten.

Plaudereien am Sonntag Nachmittag.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeichnungen von O. Schwindraheim. 1901. In Original-Leinwandband M. 3. 60.

Dass die gewählte Form des Dialoges in der von Kraepelin gegebenen Ausführung sehr wohl geeignet ist, für Knaben eine fessende Lektüre zu bilden, kann der Berichterst., der das Verl. ersten Band der Naturstudien wiederholt als Prämie gegeben hat, vollauf bestätigen. Diese Naturstudien eignen sich vorzüglich zu Geschenken seitens der Schule, bei dem Vorschlag der Biologe wegen der meist zu hohen Kosten wirklich brauchbarer Werke leicht in Verlegenheit rät. (Naturwissen d. sch., XIII, S. 15.)

Naturstudien im Wald und Feld.

Spaziergangs-Plaudereien.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeichnungen von O. Schwindraheim. 1901. In geschmackvollem Original-Leinwandband M. 3. 60.

Die Natur ist in Wald und Feld ein reicher und fröhlicher Ort für den jungen Menschen eben so wie an und bei uns gleichfalls ein sehr fröhlicher Ort. Es wird keine beschreibende Naturgeschichte geben, sondern wir werden vielmehr in den Spaziergängen durch das Landes- und Waldesleben uns in die Welt des Beobachtens und Erklärens einfinden, wobei wir durchunter Lieder und, in vielen Fällen, auch mit dieser Seite der Naturfreude beschäftigen. ... Die gehörige Fortbildung des Wissens wird jetzt die Zeit erfordern, um diesen Abdruck und diese Ausgabe zu erhalten, jedoch Zeichnungen und Illustrationen aus älteren Werken sind hier ausserordentlich gut verwertet und können verhältnissmässig günstiger preisen als solche, die in den späteren Ausgaben erscheinen werden. ... Das Vorabud ist sehr gut und sehr interessant, aber es reicht nicht aus, um einen intere-

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Streifzüge durch Wald und Flur.

Eine Anleitung zur Beobachtung der heimischen Natur in Monatsbildern. Für Haus und Schule bearbeitet von Oberlehrer Bernhard Landsberg. Dritte Auflage. Mit 84 Illustrationen nach Originalzeichnungen von Frau H. Landsberg. 1902. In Original-Leinwandband M. 5.—

Jeder Zeile des Buches merkt man es an, daß der Verfasser beseelt ist von einer glühenden Liebe zur Natur und daß er sich selbst mit vollster Hingabe der Beobachtung des pflanzlichen und tierischen Lebens widmet. Daß ein Unterricht in der Naturbeschreibung, wenn er im Sinne der „Streifzüge“ von einem für seine Aufgabe begeisterten Lehrer erteilt wird, ganz außerordentlich fröhligend sein muß, darf wohl als selbsterklärend hingestellt werden. (Pädagogisches Archiv 18.5 S. 9.)

Die Art der Darstellung ist fesselnd und anregend im höchsten Grad. In Summa ein schönes und vorzügliches Buch, das wir Freunden der Natur für sich und ihre heranwachsenden Kinder aufs wärmste empfehlen. (Schweizer Lehrerzeitung)

Heimatklänge aus deutscher Gaiten.

Für jung und alt ausgewählt von Oscar Dähuhardt.

Mit Buchschmuck von Robert Engels.

- I. Aus Marsch und Heide. Niederdeutsche Gedichte und Erzählungen.
- II. Aus Nebenlur und Waldesgrund. Mitteldeutsche Gedichte u. Erzählungen.
- III. Aus Hochland und Schneegebirg. Oberdeutsche Gedichte und Erzählungen.

In künstlerischem Umschlag gehüftet je 2 Mk., gebunden 2 Mk. 60 Pf.

... Es ist ein rechtes Volksbuch und kann und wird mithelfen, ein neues Band zwischen den oft noch durch die Eigenart getrennten Stämmen Germaniens; die Eigenart soll bleiben; sie verleiht der Gesamtheit eine unberechenbare Stärke; aber die räumlich Geschiedenen ersahen Ufer von einander, wie sie im Denken und Empfinden doch zusammengehören als Kinder einer Mutter. Es ist meist „hau'backne“, „bäuerliche“ Poesie, die uns hier geboten wird, aber „kerngesund“, in den Kreisen entstanden, die unsere „Attackenreiter“ und „Scharlächter“ stellen und die — das nicht zu vergessen — auch in die Reihen der „Ritter vom Geiste“ immer wieder frisches Blut bringen. (Sächsische Schulzeitung, Literar. Bilage, 6. Dezember 1901.)

Bum Aufsatz-Unterricht.

Man verlange das Verzeichnis

der in nachstehend
aufgeföhrt und anderen Büchern

behandelten Themen:

Bindel, Dispositionen zu deutschen
Aufsätze für die Tertia höherer
Lehranstalten. Zwei Bändchen.
geh. M. 4.—, geb. M. 5.—

Cholevius, Dispositionen und
Materialien zu deutschen Auf-
sätzen. Vier Hefte. 11., bezw
9. Auflage. geh. je M. 1.—,
geb. je M. 1.50.

— praktische Anleitung zur
Abfassung deutscher Aufsätze.
6. Auflage. geh. M. 2.40,
geb. M. 2.90.

Gelbe, Stilarbeiten. geh. M. 2.40.

Gossel, praktische Aufsatzschule.
geh. M. 3.—, geb. M. 3.50.

Hense, deutsche Aufsätze für die
oberen Klassen höherer Mädchens-
chulen. 2 Aufl. geh. M. 3.20,
geb. 3.60. In 3 Abteilungen:
geh. M. 1.—, 1.—, 1.—

Hoffmann, 50 Themen zu deut-
schen Aufsätze. geh. M. 1.—, geb.
M. 1.40.

Kappes, Leitfäden für den Unter-
richt in der deutschen Stilistik.
5. Aufl. kart. M. —.80.

Krumbach, deutsche Aufsätze. Drei
Bändchen. geh. je M. 1.60,
geb. je M. 2.—

Kuhner-Phon, praktische Anleitung
zur Vermeidung der ampt-
sächlichsten Fehler in Lage
und Ausführung deutscher Auf-
sätze. 3. Aufl. kart. M. 1.—

Mosengel, deutsche Aufsätze im
Umschluß an den deutschen Le-
stoff. geb. M. 1.40.

— Neue Folge M. 1.80.

Naumann, theoretisch-praktische
Anleitung zur Abfassung deutscher
Aufsätze. 7. Aufl. geb. M. 4.—.
In 3 Abteilungen: M. 1.50,
1.50, 2.

Ulrich, deutsche Meisteraufsätze.
2. Aufl. geh. M. 2.80.

Weise, Prof. Dr. O., Muise-
spiele zur deutschen Stilistik.
geh. M. —.30

LL
T316
.Yd.

AELI DONATI
QVOD FERTVR
COMMENTVM TERENTI

ACCEDVNT
EVGRAPHI COMMENTVM
ET
SCHOLIA BEMBINA

RECENSVIT
PAVLVS WESSNER

VOLVMEN I



9/8/06
800 99

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

'Nec dubitamus multa esse quae et nos praeterierint:
homines enim sumus et occupati officiis.'

Plinius N. H. praef. 18.

Praefatio.

Donati commentum edituro pietatis mihi videtur esse, ut primo loco commemorem viros doctissimos, qui huius editionis quasi fundamenta posuerunt. Atque Ludovicus Schopen, qui a. 1821 dissertationem 'De Terentio et Donato eius interprete' (Bonn.) scripserat, primus novae editionis consilium cepit, ut appareret ex programmate Bonnensi a. 1826, quod inscripsit 'Specimen emendationis in Ael. Donati commentarios Terentianos ad novam totius operis editionem indicendam propositum'. Rem incohatam usque eo perduxit, ut pars commenti (usque ad Andr. I 2, 34) typis exprimeretur; cuius editionis hunc voluit esse titulum 'Aelii Donati commentarii in Terentium. Textum edd. vett. collatis recensuit, scholia spuria notavit et animadversiones criticas adiecit L. S. Accedit Eugraphius cum scholiis Bembinis et Mediolanensibus [ab Ang. Mai editis Mediol. 1815]'. Quibus de causis conatu destiterit, mihi non satis constat: fortasse editiones Stallbaumii et Klotzii, quae annis 1830—31 et 1838—40 prodierant, eum moverunt, ut coeptum omitteret; nisi forte intellexit ea subsidia, quae habebat, infirmiora esse quam quibus Donati commentum in integrum restitui posset. Itaque anno 1851 Lutetiam Parisiorum se contulit ibique codices 7920, 7921, 7899 contulit. Paulo post Vahleno mandavit, ut sibi codices Leidensem et Dresensem excuteret, simulque

aliorum librorum mss. notitiam sibi paravit. Sed quominus rem absolveret, fata iniqua impediverunt. — Anno 1860 'Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae' prodierunt, quas collegerat A. Reifferscheid: Suetoni vitam Terenti, quae Donati commento praefixa est, edidit Fridericus Ritschl (p. 26 sqq. et 481 sqq. = Opusc. III 204 sqq.) atque hanc editionem egregio illo commentario instruxit, in quo non modo de ipsa vita et de sermone Suetoniano, verum etiam de Donati codicibus veteribusque editionibus disseruit. Qui quam praeclare de hac commenti parte meritus sit, non est quod praedicem. — Schopeno a. 1867 mortuo heredes illius schedas Augusto Reifferscheid tradiderant, qui anno 1868 universitati Bonnensi semisaecularia celebranti specimen novae editionis dedicavit, quod in publicum non prodiit. Huius titulus est 'Aeli Donati et aliorum commenta in Terentium. Ludovicus Schopenus apparatu critico instruxit, Augustus Reifferscheid recensuit'; continet autem vitam Terenti et Euanthii tractatum usque ad II 7 ('Terentique est. de qua cum'). In apparatu critico lectiones codicis Parisini *A* et editionis principis enotatae sunt. Tum a. 1874 et 1875 Reifferscheid indicibus scholarum Vratislaviensibus duos libellos adiunxit, quorum altero 'Euanthius et Donati commentum de comoedia', altero 'Donati in commenta Terentiana praefationes' continentur. De subsidiis suis pauca praefatus est prioris opusculi p. 1—2; erant autem eadem quae Schopen congesserat. Paulo post (a. 1876) Reifferscheid Parisinum *A* iterum contulit et a. 1879 Georgium Wissowa operae socium sibi assumpsit, qui annis 1882 et 1883 libros manuscriptos qui in Italiae bibliothecis asservantur perlustravit partemque eorum (*B Vdq*) excussit. Sed ne Reifferscheidio quidem contigit, ut quam incohaverat Donati editionem ad finem perduceret: a. 1887 praematura morte absumptus est (cf. Annal. biogr. XII [1889] 39 sqq.) — Eodem fere tempore quo Reifferscheid etiam Carolus Dziatzko, vir de Terentio optime meritus, ad Donati commentum accessit et primum in Mus. Rhen. XXIX (1874) 445—62 et 511—12 ('Zum

Terenzcommentar des Donat') antiquissimum codicem Parisinum *A*, deinde in X Suppl. Ann. philol. (1879) 662—96 ('Zur Kritik des nach Aelius Donatus benannten Terenzkommentars') codicem Oxoniensem *C* accuratissime descripsit eorumque librorum originem investigavit; simul Bentleii coniecturas (quarum exiguum partem habes apud Stallbaumum III 338—40) edidit (l. c. 662 sqq.). Idem et in Mus. Rhen. XXXI (1879) 370—80 ('Zur Kritik und Exegese der griechischen und lateinischen Komikerfragmente') corruptis quibusdam commenti locis medelam adhibuit neque alia occasione oblata castigatoris officio defuit (cf. editiones Terenti 1874, 1881, 1884). — Iam commemorandus est Remigius Sabbadini, cui hanc editionem plurimum debere gratissimo profiteor animo. Is enim postquam iam in 'Museo italiano di antichità classica' III (1890) 381—476 ('Storia e critica di alcuni testi latini: Donato Terenziano') operam studiumque in Donati commentum contulit, paucis post annis totam quam dicunt quaestionem Donateam diligentissime et sagacissime tractavit in 'Studi italiani di filologia classica' II (1894) 1—134 ('Il commento di Donato a Terenzio'). Huius commen-tationis quasi supplementum scholia Donatæ ad Eun. I—II apparatu critico observationibusque instructa edidit l. c. III (1895) 249—363 ('Gli scolii Donatiani ai due primi atti dell' Eunuco di Terenzio'). Postremo emendationes ad Phorm. I—II emisit l. c. V (1897) 289 sqq. ('Biografi e commentatori di Terenzio'). — Praeterea de commentariis Terentianis pro sua quisque parte bene meriti sunt viri doctissimi hi: Hermannus Usener ('Vier lat. Grammatiker' in Mus. Rhen. XXIII [1868] 493 sqq.), Guilelmus Hahn ('Zur Entstehungsgeschichte der Scholien des Donat zum Terenz' I 1870, II 1872), Augustus Teuber ('De auctoritate commentorum in Terentium quae sub Aelii Donati nomine circumferuntur' 1881 et 'Zur Kritik der Terentiusscholien des Donatus' in Ann. philol. 1891, 353—67), Fridericus Leo ('Die Überlieferung der terenzischen Komödien und der Commentar des Donatus' in Mus. Rhen. XXXVIII

[1883] 317—47 et ‘Euanthius de fabula, Donatus de comoedia’ in *Fragm. Com. Graec. ed. Kaibel I* 62—71), Eduardus Scheidemantel (‘Quaestiones Euanthianae’ Lips. 1883), Henricus Gerstenberg (‘De Eugraphio Terentii interprete’ Ienae 1886), I. I. Hartman (‘De Terentio et Donato’ Lugd. Bat. 1895), Paulus Rabbow (‘De Donati commento in Terentium specimen observationum primum’ in *Ann. philol.* 1897, 305—42), Eduardus Smutny (‘De scholiorum Terentianorum quae sub Donati nomine feruntur auctoribus et fontibus quaestiones selectae’ in *Diss. philol. Vindob.* VI [1898] 93—137). — Denique addendum est me ipsum de Donati commento disputasse in *Mus. Rhen.* LII (1897) 69—98 (‘Die Überlieferung von Aeli Donati commentum Terenti’) et in *commentatione gratulatoria philologis paedagogisque Germaniae a. 1899* Bremam conventuris dedicata (‘Untersuchungen zur lateinischen Scholienlitteratur’ p. 1—28).

§ 1.

Testimonia.

- 1) *Hieron. chron. ad a. 353:* ‘Victorinus et Donatus grammaticus, praceptor meus, Romae insignes habentur.’
- 2) *idem comm. in eccles. 1:* ‘Hinc quid simile sententiae et comicus ait (*Ter. Eun. prol. 41*) »nihil est dictum, quod non sit dictum prius«, unde praceptor meus Donatus cum ipsum versiculum exponeret »pereant« inquit »qui ante nos nostra dixerunt«.’

(*De hoc loco recte interpretando v. I. A. Becker in progr. gymn. Magunt. 1870 p. 18.*)

- 3) *idem apol. adv. Rufinum 1, 16:* ‘Puto quod puer legeris Aspri in Vergilium et Sallustium commentarios . . . et in Terentii comoedias praceptoris mei Donati, aequae in Vergilium et aliorum in alios.’
- 4) *Priscianus instit. gramm. 18, 162—63 (Gr. L. III 281, 7):* ‘Ausculto tibi et te: . . . Terentius in Andria . . . in eadem (III 3, 4) »ausculta pauca: et quid ego te velim et tu quod quaeris scies« — nec enim aliter stat iambus, qui est quaternarius —, quod etiam Donati commentum approbat.’

- 5) *idem l. c. 18, 225 (Gr. L. III 320, 7)*: 'Nostri audio quidem accusativo adiungunt, ausculto vero tam dativo quam accusativo. Terentius in Andria . . . idem in eadem (III 3, 4) »ausulta pauca: et quid ego te velim et tu quod quaeris scies«: sic enim habent antiqui codices teste Donato commentatore eius.' (*Cf. schol. ad Andr. III 3, 4: AVSCVLTA PAVCIS et 'paucis' et 'pauca' legitur.*)
- 6) *Sergii explan. in art. Donati (Gr. L. IV 486, 8)*: 'Hic enim Donatus V. C. D. Vergilianum carmen et [sic Ribbeck; vel codd.] Terenti comoedias mirifice commentavit.'
- 7) *Cod. Bern. 83 s. X f. 2^a (Anecd. Helv. ed. Hagen 175, 18)*: 'Quando idem in pro super ponitur tunc tamen tantummodo, cum liber a quolibet exponitur, ut . . . Donatus in Terentium.'
- 8) *Subscriptio artis grammaticae Donati (Gr. L. IV, XXXI sqq.)*: 'ARS DONATI GRAMMATICI VRBIS ROMAE.'
- 9) *Subscriptio commenti Terentiani ex antiquissimis codicibus petita*: 'AEILI DONATI VC ORATORIS VRBIS ROMAE COMMENTVM TERENTI.'
- (De testimon. 8 et 9 cf. Sabbadini 'Studi italiani' III 337 sqq.)
- 10) *Servatus Lupus abbas Ferrarensis in epistula ad papam Benedictum III (a. 855—858) data (Bibl. patr. III 674, Paris. 1664; cf. Becker, Catal. 25, 14)*: 'Pari intentione Donati commentum in Terentium flagitamus.'
-
- 11) *Hieron. chron. ad a. 358*: 'Euanthius eruditissimus grammariorum Constantinopoli diem obit.'
- 12) *Rufin. comm. in metra Terent. (Gr. L. VI 854, 4)*: 'Euanthius in commentario Terentii de fabula hoc est de comoedia [hoc — comoedia secl. Keil] sic dicit »concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro« et postea sic »ueteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius * * iambici versus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri quantum potest comminuti ad imaginem prosae orationis«' (cf. *Euanth. II 6 et III 3*).

§ 2.

De libris manuscriptis.

I. Libri meliores.

1) Codex Parisinus lat. 7920 (Colbert. 1712, Regius 5073, 7) s. XI membranaceus foliorum 55, quae in septem quaterniones numeris XXVI—XXXII signatos distributa sunt, unde apparet

codicem olim partem fuisse amplioris voluminis, cuius priores 25 quaterniones iam non exstant. Folium ultimum (56) excisum est. Scriptus est ab una manu totus, nisi quod fol. 53^r versus 24—27 in pessima membrana ab alia manu coaeva videntur esse confecti. Librarius ipse codicem, saepenumero cultello usus, ex archetypo correxit, raro variam lectionem sine dubio ex eodem fonte petitam supra versum addidit, paucissima in margine adscripsit. Ab hac librarii manu facili opera discernitur alia recens s. XVI, quam esse Petri Danielis Aurelianii, ad quem olim hic liber pertinebat, suo iure statuit Dziatzko; ille autem saepe textum correxit, coniecturas nonnullas in margine adspersit, hic illic variam lectionem ex editione quadam haustam enotavit. Tertia praeterea manus atque eadem recentissima (I. A. Thuani, ni fallor) numeros actuum et scaenarum, nomina poetarum in commento laudatorum sim. addidit nec non scholia et lemmata multis locis distinxit, hac in re librarium secuta, qui in prioribus 13 paginis semper, deinde rarissime ad distinguenda singula capita vel singulas scaenas paragrapnum (7) posuit. Idem primo fere lemmatum vocabulo, quo melius initium novi scholii cognosceretur, signum ΣΣ vel Σ superscripsit, quo signo in aliis quoque scholiorum libris (velut in cod. Horatii Dessaviensi A s. X) scholia distingui solent. Quae signa ex eo libro, unde Parisinus propagatus est, esse transcripta inde appetat, quod non semper suo loco posita sunt. Praeterea in A distinguendi vel subdistinguendi signa adhibita sunt haec: . ; ⌈ — Compluribus locis librarius lacunam reliquit, sive quod eam in archetypo iam invenerat sive quod quid in illo exaratum esset dignoscere non poterat. Eum librum ex quo A descriptus est minusculis litteris scriptum fuisse docent inter se commutatae litterae cτr, fſ, ol d, ci d; eundem autem codicem ad librum maiusculis litteris exaratum redire testimonio sunt talia: ΝΔΔΞΙΩΜΔ, ΔΠΩCIΩΠCICUEΛΕΛΛΙΥΙC, ΔΣΙΝΔΔΕΤΟCΕΤΕΛΛΕΙΨΓC, ΕyOhΔ"CMOCΑΝΤIQUΟΓŪ PRONIChIL; NIHIL PRORSUS, sim. Is enim qui archetypum transcripsit non intellegens Latina vocabula Graecis admixta esse omnia eis characteribus reddidit, quibus etiam in codicibus minusculae litteraturae vocabula Graeca tradi solebant. — Quod ad orthographiam attinet, librarius minime sibi constitit: etenim *haud* et *haut*, *apud* et *aput*, *maleuolus* et *maliuolus*, *uergt* et *uirgt*, deinde *aff-* et *adf-*, *ass-* et *ads-*, *imp-* et *inp-*, nec non *ae* ε *e*, *oe* ε *e*, *i* γ *y*, *f* φ sim. promiscue leguntur; sollemnes scripturae sunt *michi*, *nichil*, *habundare*, *condempno*, *aliae*. — Valde dolendum est, quod cod. A, qui ut antiquissimus ita optimus fere omnium est, non totum commentum sed quartam tantummodo partem continet: fol. 1^r—2^u vitam Terenti, fol. 2^u—6^r tractatus de comoedia, fol. 6^r—51^r commentum

Andriae (APLI DONATI UC ORATORIS URBIS ROMÆ CÓMENTU TERENTII ANDRIE EXPLICIT · INCIPIT SECUNDUS ADÉFORU · FELICITER ·; in margine · ADÉLFÉ ·); fol. 51^r—55^u commentum Adelphorum usque ad I 1, 40 ‘modeste additum mea’, quae verba v. 21 leguntur, reliqua pagina vacua, unde Parisinum numquam pleniorum fuisse recte colligitur. Quod Andriae commentum Adelphorum commento excipitur, hoc Parisini proprium est, nam reliqui codices omnes alium exhibent ordinem: qua de re infra (§ 3) dicendum est. —

Restat, ut de fatis libri *A* quae comperta habemus proferantur: quae maximam partem Dziatzkonii debentur (Mus. Rhen. 29 [1874], 445—62; 511—12). Fuisse autem videtur olim in ‘amplissima fani Benedicti Floriacensis ad Ligerem bibliotheca’, quae a. 1562 disiecta atque dispersa est. Deinde aut omnia me fallunt aut in Antonii Contii Biturigensis bibliothecam translatus est, ubi Pithoei fratres eum contulerunt (v. libellum meum ‘Untersuchungen z. lat. Scholienlitt.’ p. 17sqq.). Certe ante a. 1571 in manus Petri Danielis Aureliani venit (fol. 1^r: ‘Petri Danielis Aurel. . c.’; cf. H. Hagen, ‘Der Jurist und Philolog Peter Daniel aus Orleans’, Bernae 1873 p. 32), qui vir doctus codicem, ut supra commemoravimus, plurimis locis correxit et cum editione Veneta a. 1482 (quae nunc in bibl. Bern. asservatur: Inc. III 28) contulit, cui non solum permultas Parisini lectiones adscripsit, verum etiam haud paucas coniecturas commendavit. A Daniele Lindenbrogio Parisini copia facta est, qui in observationibus ad Andr. I 2, 15 queritur ‘tardius ad manus suas pervenisse Ms. cod. Danielis’ quam ut eo in editione conficienda uti posset. Sane in observationibus suis ex ‘schedis vett. Pet. Danielis Aureliani’ (v. Lindenbr. praef.) sat multa enotavit. Anno 1603, quo Daniel supremum diem obiit, codex in ‘Iac. Aug. Thuani’ (sic fol. 1^r legitur) et anno 1680 in Colberti bibliothecam translatus est (fol. 1^r: ‘Cod. Colb. 1712’; cf. Montfaucon, Bibl. bibl. man. nov. II 952^a); anno 1732 in bibliothecam Regiam migravit. —

Saeculi XIX multi viri docti Parisini copiis usi sunt: contulerunt vel totum vel aliqua ex parte Schopen (1851), Fritsch (v. Umpfenb. praef. XXXVIII), Hunziker et Meyncke (v. Ritschelii op. III 215 sq.), Fröhner (v. Philol. 18, 358), Dziatzko (1873), Reifferscheid (1876). Ipse Parisinum a. 1894 lenam missum quam accuratissime descripsi et apographon cum codice contuli, ut penitus exhaustum esse meo iure contendere possim. — Cf. Catal. cod. manuser. Bibl. Regiae (Paris. 1744) III 4 p. 412^b.

2) Codex Vaticanus Regin. lat. 1595 miscellaneus 67 **B** membranarum. Fol. 1—20 duo fragmenta commenti Donatei

continent a manu s. XIII scripta: alterum (fol. 1^r—14^u) pertinet ad Andr. II 1, 21 ('neque a. c. q. sum miser') — Eun. III 2, 1 ('omnes sensus uisa dicuntur'), alterum (fol. 16^r—20^u) ad Hec. III 4, 16 ('te e bene excepit') — V 2, 8 ('multa terentius feliciter ausus est'). Sequitur fragmentum commenti in Lucanum (II 690—VIII 64) ab eadem ut videtur s. XIII manu scriptum, quod desinit fol. 33^u, ubi in calce adscriptum est 'duo septerni sequentes sunt de prima et secunda comoediis terentii'. Fol. 9^r

haec exstant 'Commētū tētu and'e expllicit; īcip̄ Eunuc9.', unde elucet ordinem fabularum in Vaticanī archetypo eundem fuisse, quem in reliquis codicibus excepto uno Parisino A invenimus. Post Eun. praef. c. I legitur 'hic argumentum notandum quod alibi scripsimus': omisit enim librarius alterum prae-
fationis caput, quod hodieque desideratur; scholia ad Eun. III 1, 3—17 ('adiuta me — quoque regi') post 19 transposita sunt erroris signo Φ addito; scholia ad Eun. II 3, 22—74 omissa sunt neque quicquam adnotatum. — Etsi dubitari non potest, quin Vaticanus B ex optimo fonte derivatus sit, quippe qui in universum quam proxime ad Parisinum A accedat, tamen cavendum est, ne temere eius memoriae credamus; nam red-
actoris operam expertus est, qui contrahendi studio adductus saepenumero scholia mutilavit, commutavit, omisit, pro genuinis alia lemmata substituit, scriptorum locos a commentatore allatos non ita raro resecuit. Sed vel sic maximi pretii est, praecipue in Hecyrae commento, ubi meliorum librorum auxilio paene destituti sumus. —

Totum excussit a. 1883 Wissowa, cuius collatione usus sum, praeterea magnam partem publici iuris fecit Sabbadini ('Studi italiani' II 91 sqq., III 251 sqq.; cf. praeterea II 43; 68; III 332); qui ubi diversa testantur, varias lectiones testium nominibus appositis (*t. Wiss.*, *t. Sabb.*) commemoravi. — Cf. Montfaucon, Bibl. bibl. I 57^a.

V 3) Codex Vaticanus Regin. lat. 1496 s. XV membranaceus 271 foliorum. Membranae optimae, nitidissima scriptura, picta in prima pagina ornamenta itemque pictae litterae initiales ex Vespasiani Florentini officina hunc librum prodisse arguunt; in prima pagina pictus apparel clipeus, qui fortasse ad papam Nicolaum V pertinet. Fol. 1^r haec leguntur 'DONATI GRAMMATICI EXCELLENTISSIMI IN PRIMA COMOEDIA AFRI TERENTII INCIPIT', fol. 128^r haec 'EXPLICIT EVNVCHVS. INCIPIT ADELPHÉ COMOEDIA QVARTA deest Eautontumerumenon'. Continet Donati commentum integrum hoc ordine: vita, tractatus, Andria, Eunuchus, Adelphoe, Hecyra, Phormio. Vocabula Graeca, quorum *V* amplissimus fons est, fere omnia ab eadem manu scripta sunt quae codicem exaravit, unde appet ea ex archetypo derivata esse, in quo ni fallor maius-

culis litteris scripta erant (cf. Eun. I 2, 87; Phorm. I 2, 18); ubi desunt, plerumque spatium relictum est, sicut in aliis eius aetatis codicibus factum videmus. Praeterea notanda haec sunt: ad Andr. III 2, 1 pro eo quod desideratur ‘ενδογήματα’ inter ‘dicuntur’ et ‘adhuc’ signum positum est: in margine adscriptum ‘spatium hic in medio duorum verborum’; in Hec. commento aliquot lacunae reperiuntur: V 3, 1 desunt verba ‘inducitur — sua’ et in margine adnotatum est ‘deletum propter vetustatem’, V 4, 19 desiderantur verba ‘inter — locus’ et V 4, 22—23 ‘est — uideram ut’. In Phormionis commento scholia quae pertinent ad II 3 in duos ordines distributa sunt, ita ut scholia ad v. 1—93 excipiantur scholiis ad v. 5—93, qua de re mox fusius disputetur necesse est; ad v. 3 prioris ordinis librarius adnotavit ‘Error in exemplari A’, idem ad v. 7 adscripsit ‘uerte usque ad tale signum’, tum initio alterius ordinis in margine haec adiecta sunt ‘haec sequentia praecedunt ea quae praecesserunt ante in tali signo A’ et iterum ad v. 11 ‘duplicata sunt et tamen aliter dici videntur quam antea dicta sint’. Hinc apparet iam in eo exemplari ex quo V descriptus est duos ad hanc scaenam exstitisse scholiorum ordines. — Iam commemoranda est res maximi momenti: in *V²* priore enim commenti parte codex *V* sescenties manum correctricem expertus est, quam Sabbadini (‘Studi italiani’ II 44 sq.) eandem atque librarii esse sibi persuasit, at Wissowa et Graeven ab hac diversam putant, etsi illi et simillima et certe coaeva sit. Haec correctoris manus — appello eam *V²*, quamquam certis de causis in Sabbadinii sententiam propensior sum — primum satis multa partim in textu partim in margine supplevit, quae librarius omiserat (fortasse quia iam in archetypo deerant); deinde saepissime pristinam scripturam delevit aliamque lectionem substituit, vel etiam additis signis “’ ordinem verborum mutavit. Quae correcturae tam frequentes et tam violentae quin ex alio exemplari longe diverso petitiae sint, dubium non est, praesertim cum facillime demonstrari possit, cuius generis fuerit codex ille, quem corrector adhibuit. Conferas velim inter se codicem *L* vel *c* vel *N* et ea quae *V²* intrusit: en habes omnem rem! Atque quo magis comprobetur librum talem adhibitum esse, inspiciamus si placet alteram Vaticani partem inde ab Ad. II 3, ubi correcturae subito desinunt: ubique summam inter *V* et libros supra commemoratos reperiemus consensum. Itaque hoc pro certo statui potest: librarius qui Vaticanum exaravit cum pervenisset ad Ad. II 3, aliud nactus exemplar quae adhuc scripserat eius auxilio correxit, deinde cum pergeret eiusdem exemplaris rationem habuit quam plurimam. Hinc sequitur, ut quae in priore parte correctori debentur et omnia quae in posteriore leguntur,

ubi consentiunt cum eis quae e. g. in *L* exstant, minime ei libro tribuamus, quem primum secutus est librarius. Immo ubi talis consensus agnoscitur, hanc legem servare debemus, ut abiecta codicis *V* lectione a diversa reliquorum codicum memoria profisciscamur. —

Denique admonendum est in Vaticano hic illic quaedam inveniri, quae ad Donati commentum non pertineant: velut ad Eun. II 3, 34 pro ‘et *Phrygiae molimur m. I.*’ (= Verg. Aen. III 6) leguntur haec ‘et *Phrygiam Ascanio chlamydem*’ (= Verg. Aen. III 484); ad Hec. IV 4, 16 ‘quia liberi patrem sequuntur’ in margine additum est ‘contra in iure partus sequitur ventrem’.

Primus hunc librum inspexit Ribbeck (v. ‘Monatsber. d. Berl. Acad.’ 1854, 45), qui Ritschelii in usum vitam Terenti contulit (v. Sueton. rell. ed. Reiffersch. p. 408); deinde Wachsmuth, cum Ritschelii opuscula editurus esset, iterum Vaticanum consuluit (Opusc. III 216, ubi per errorem numerus 1492 exhibetur). Totum a. 1883 excussit Wissowa, qui collationem suam benigne mihi commodavit; pauca Graevenio debeo. Adhibuit praeterea codicem *V* Sabbadini, cf. ‘Studi italiani’ II 44sqq.; III 332sqq.; ipse de eo disputavi in Mus. Rhen. LIII 81sqq. et in ‘Unters. z. lat. Scholienlitt.’ p. 26.

R 4) Codex Riccardianus 669 s. XV ex. miscellaneus foliorum 338. Quartum locum occupat Donati commentum Phormionis, in 44 chartis (fol. 134^r—177^r) ab una manu scriptum; inde ab fol. 152^r v. 9 librarius, quem Petrum Philippum de Pandolfinis fuisse sibi persuasit Sabbadini (‘Studi ital.’ II 47), atramento paulo pallidiore usus est, quo etiam in antecedentibus multa correcta vel in margine addita sunt. Ante fol. 152 unum folium recisum est, sed ‘Nichil deficit’, ut adnotavit librarius; idem fol. 152^u, quae pagina vacua relicta est, adscripsit ‘Nichil deficit sed prosequitur bene’. Subscriptio legitur fol. 177^r haec: ‘EXPLICIT COMENTVM PHORMIONIS EDITVM A DONATO CLARISSIMO GRAMATICO’. Hic illic lacunae reperiuntur, ubi in archetypo ‘consumpte erant littere ob vetustatem’ (praef. III 4) vel ‘delete erant littere’ (prol. 11). Vocabula Graeca librarius partim ex archetypo statim transcripsit partim postea supplevit eodem ni fallor exemplari usus. Scholia ad Phorm. II 1, 4 (‘esse credebat’) — 19 (‘non potuit. Habendue’) desunt; ad II 3 scholia eodem modo atque in *V* in duos ordines distributa sunt. Ab omnibus reliquis codicibus *R* eo differt, quod solus in ultimo prologi scholio versum Ennianum exhibit, fortasse ab ipso librario ex Ciceronis de senectute libello (I 1) additum. Fol. 177^u nonnulla de tragœdia et comoedia leguntur nomine Donati praefixo, quae quin ad Papiae Elementarium redeant vix potest esse dubium (cf. ‘Studi

ital.' II 40; Mus. Rhen. LII 80; 'Unters. z. l. Scholienl.' 12 adn.) —

Post Sabbadinum, qui uberius de Riccardiano egit in 'Museo ital.' III 405sqq. et 'Studi ital.' II 46sqq. (cf. etiam V 290sqq.), ipse codicem a. 1895 Ienae excussi et in Mus. Rhen. LII 79sq. de eo disputavi. — Cf. Catalogo della libreria Pandolfini, Firenze 1884, p. 45; Lami, Catal. bibl. Riccard. p. 141.

5) Codex Vaticanus lat. 2905 s. XV miscellaneus foliorum 130. Secundo loco exstat fragmentum Donati, a manu s. XV in 100 chartis (fol. 21—120) scriptum. Continebat olim uitam, tractatus, commenta Andriae et Eunuchi, cuius extrema pars interiit; nam post fol. 120 quinque recisorum foliorum laciniae supersunt. Extrema verba nunc sunt '*missa h. f. q3 hec scilicet*' (= Eun. V 2, 23). Vocabula Graeca etsi plerumque in lacuna omissa sunt, pauca tamen servata, ut Eun. IV 5, 6 'uidet refMIHONOMI&', IV 7, 46 'R&T&c&st&col', quibus evincitur Vaticanum ad vetustiorem librum redire, qui Graeca exhibebat. Ad Euanth. III 5 '*mimicam uilitatem*' hoc additum est 'id est ystorionicam inde mimus id est histrio'. Fol. 76^u haec legitur subscriptio '*afri* Donati oratoris *Vrbis Connētum Terrentii Andrie explicit. Incipit Eunuchus*'. Archetypi notas a librario codicis T (vel eius libri ex quo Vaticanus descriptus est) saepissime male explicatas esse iam Sabbadini monuit ('Studi ital.' III 332), velut -re pro -tur, -tis pro -te sim.: quae in editione plerumque non curavi. — Collationes quibus usus sum confecerunt H. Graeven (vita, tractatus), C. Hoeing (Andria), Fr. Spiro (Eunuchus); praeterea ut par erat adhibui ea, quae Sabbadini in 'Studi ital.' II 91—99 et III 251—53, 290—329 publici iuris fecerat. Quod ad Andriae collationem pertinet, C. Hoeing, qui Warreno intercedente eam mihi liberalissime concessit, non esse eam plenissimam monuit, sed non nisi levidensia desiderari mihi quidem persuasum est.

6) Codex Oxoniensis Bodl. Canon. lat. Auct. class. 95 C s. XV chartaceus foliorum olim 170, nunc 168; desunt enim folium primum, quo vita Terenti et Euanthii pars (usque ad I 2 '*tragoedia dice*') continebantur, et folium ultimum scriptura vacuum. Codicem accurate descripsit Dzitzko in X Suppl. Annal. philol. 1879 p. 675sqq. Confectus est a tribus librariis: primus fol. 1^r—106^u scripsit, alter fol. 107^r—144^u v. 15, tertius reliquam partem. In 95 foliis prioribus scriptura in duas columnas divisa est. Correctorum item tres manus distinguuntur, quarum prima librarii manus calami menda sustulit, variam lectionem in margine adspersit, alia pauca addidit; secunda manus ex alio codice ut videtur non-nulla correxit, tertia quae primae simillima est, in corrigendo editionem quandam (Stephani?) adhibuit. Correcturas comme-

moravi omnes ita, ut quae librarii esse videbantur, nota *m. 1*, quae aliorum, nota *m. 2* significarem. Subscriptiones reperiuntur hae: fol. 71^u ‘FINIS DONATI IN EVNVCVM’; fol. 138^u ‘DONATI COMMENTVM HECHYRAE EXPLICIT’; fol. 166^u ‘AMEN. Donati gramatici comentum in phormionis commedia feliciter explicit’; accedit hic titulus fol. 139^r ‘DONATI GRAMMATICI IN PHORMIONEN COMMENTVM’.

— Voces Graecae maximam partem spatio relicto omissae, non nullis tamen locis casu quodam servatae sunt, qua de re cf. Mus. Rhen. LII 75 sq. Additamenta repperi haec: ad Euanth. III 5 in margine ‘i. hystrionicam inde mimus i. hystrio’ (cf. *TF*); ad Audr. IV 3, 13 ‘Nota in testu solum iurandum debere esse’; ad Eun. IV 7, 13 ubi legitur ‘stragematum’, superscriptum est ‘i. castramtari’; ad Ad. II 1, 37 ‘Vortunius nota de Vortinio deo ouidium dicere in 4^o metha’ (immo XIV 642); ad Phorm. II 3, 4 ‘est ciceronis pro deiotaro’; ad II 3, 58 ff. de legibus ‘i. pceps ff. de lego & o .i. ex impfco iusti qb3 mois testa infer .§ . fi.’ Deinde commemorandum librarium similiiter atque in *T* vidimus compendia archetypi prave solvisse; quo factum est, ut saepenumero *et et in* (i 1), *et et quia* (& 92), *et et g* (v. *Hec.* III 3, 45) inter se commutarentur. — In Phormionis commento *C* eandem lacunam habet quam *R* (II 1, 4—19), eundem ad II 3 scholiorum ordinem atque *RV*. Summi autem momenti ad originem codicis Bodleiani cognoscendam est epistula illa Petri Candidi Decembrii ad Franciscum Pizolpassum archiepiscopum Mediolanensem, quae epistula inter Hecyrae et Phormionis commentum fol. 138^u—139^r inserta et primum a Dziatzkone l. s. l. p. 692, deinde a Sabbadinio in ‘Museo Ital.’ III 406—7 (ex cod. Riccard. 827) edita est. Hac enim epistula, quae anno 1436 scripta est, edocemur Candidum a Pizolpasso esse rogatum, ut eius Donatum transcriberet, illum autem primum Phormionis commentum transcripsisse. Simul Candidus quod non omnia perfecte traduxisset id est emendasset, ‘cariem vetusti operis’ atque ‘barbariem veteris scripturae’ excusat. Quaerentibus deinde, unde archiepiscopus vetustum illud Donati exemplar acceperit, ipse nobis respondet in epistulis ad Candidum datis; scribit enim ‘vir iste peritus Theutonicus... Is est a quo Donatum in Terentium tuleramus in patriam’ et ‘Abest autem Nicolaus noster de Cusa, ad quem spectabat codex Donati Terentiani, unde tu multa pervigilique lucubratione Phormionem extorsisti’ (‘Museo Ital.’ III 411 et 415). Itaque iam dubium non est, quin ex Germania ille Donati codex in Italiam translatus sit. Porro si meminerimus paulo ante (a. 1433) Aurispam in Maguntina ecclesiae metropolitanae bibliotheca Donati commentum invenisse (v. Keil, Ind. schol. Hal. 1870 VIII; Sabbadini, Biografia di Giov. Aurispa 65), eundem autem Aurispam et Nicolaum Cusanum nec non Pizol-

passum concilio Basileensi interfuisse (cf. Voigt, Wiederbel. d. class. Altert.³ I 257 adn. 1), iam audacior non videbitur Sabbadini coniectura (a qua neque Keil neque Dzitzko multum aberant) Pizolpassi codicem eundem esse atque Donatum Maguntinum. Ad hunc ergo revocandus est etsi intercedentibus aliquot apographis codex Bodleianus. —

Excussit totum a. 1879 Dzitzko Vratislaviae, ipse iterum contuli Ienae a. 1895—96. — Cf. H. O. Coxe, Catalogi codd. man. bibl. Bodl. III 149; ‘*Studi ital.*’ II 66 sq.; Mus. Rhen. LII 74 sqq.

7) Codex Florentinus Marucellianus C 224 s. XV ex. **F** chartaceus 205 foliorum. Fol. 2^r incipit Donati commentum nec titulis nec subscriptionibus instructum. Conscriptus est codex ab una manu totus, sed inde a fol. 146^r scriptura artior fit, unde Sabbadini hanc alteram partem ab alio librario scriptam esse sibi persuasit. Praeterea manus recens actuum et scaenarum numeros adiecit. Cohäeret autem Marucellianus artissime cum Bodleiano C, nam sicut hic exhibet Petri Candidi epistulam, eandem habet in Phormionis commento lacunam (II 1,4—19), eandem scholiorum ad II 3 distributionem. Differt autem eo, quod multo mendorior est illo et duobus locis iacturam fecit, ita ut in Hecyrae commento scholia ad IV 1, 26—IV 3, 11 (‘mensibus prius olfecisse’ — ‘pro minus discordibus’) et ad V 1, 19—V 4, 1 (‘sibi uelit praeberi’ — ‘tardius credamus effectum’) desiderentur. Quae cum ita sint, satis habeo variam lectionem ad Terenti vitam tractatusque de comoedia attulisse, quam humanissime mecum communicavit E. Rostagno, qui et de codicis natura atque condicione per litteras me edocuit. Praeterea Sabbadini Marucelliano usus est, cf. ‘*Studi ital.*’ III 251 sqq., 331 sq., V 290 sqq.

Hic non alienum videtur mentionem facere librorum **Codex Stephanii** manuscriptorum, quos Stephanus, Lindenbrog, Westerhov adhibuerunt. Ac primum quidem Stephanus in praefatione cum alia tum haec dicit: ‘reposita sunt Graeca prope omnia, pro quibus antehac excusi codices lacunis fere scatabant. haec autem laboris pars operosissima fuit, cum in vetusto exemplari manu scripto (quod nobis erat ex dono Iodoci Badii optimi socii nostri . . .) obscura tantum restarent vestigia Graecarum literarum, quae nisi ab homine perito divinari non poterant. quae omnia . . . praestitit quidam noster . . amicus Graece ac Latine doctissimus [Guilelmum Budaeum significari suspicatus est Bernays], qui hanc suscepit emendationem antiquo illo quem dixi potissimum fretus archetypo. cuius fidem etsi in plerisque sequutus est, in plurimis tamen usus est coniectura sua’. Ex his verbis satis appareat Stephani librum re vera vetustiorem fuisse, quippe

qui voces Graecas continuerit atque eas ita comparatas, ut saepissime emendatione indigerent; unde haud scio an recte codicem illum simillimum Parisino *A* vel Vaticano *B* nobis mente fingamus. Deinde consentaneum est Stephanum ipsum, quamquam hoc expressis verbis non affirmat, in reliquis quoque commenti partibus antiquo illo codice saepenumero usum esse, sed valde dolendum est quod nusquam indicavit, unde textum correxerit, ut difficillimum sit ad dijudicandum, quid suo ipsius vel amici ingenio fretus quidve nisus vetusto exemplari novaverit (cf. Dziatzko in Mus. Rhen. XXIX 452 sq. et in X Suppl. Ann. philol. 676). Hoc tamen optimo iure contendi potest permultas optimas lectiones editionis Stephanianae vetusto illi exemplari deberi, quod necessitudine quadam cum Vaticano *B* coniunctum fuisse videtur. Eis quae Sabbadini ('Studi ital.' II 85) protulit unum addam exemplum: ad Hec. IV 1, 21 illud *distringi*, quod apud Stephanum legitur, solus exhibit cod. *B*, cum reliqui omnes *obstringi*, editiones vetustiores *abstringi* habeant.

Lindenbrog in praefatione editionis Francofurt. (a. 1623) haec adnotat: 'Donati duo exemplaria habuimus et illa Pithoeorum accurata diligentia ad MSS. codd. Antonii Contii et Iacobi Cuiacii Antecessorum Bituricensium collata; quorum auxilio in hoc commentario plurimae lacunae suppletiae aliaque infinita errata integritati suae restituta sunt'. Exstat autem in bibliotheca Leidensi editio Lindenbrogiana (Gronov. nr. 6) cum adnotationibus I. F. Gronovii, quas ex Pithoeorum collationibus transcriptas esse facillime demonstrari potest. Etenim ad Ad. I 1, 40 apud Gronovium legitur 'et huc usque habet vetus exemplar Ant. Contii. P.'; deinde Gronovii excerptis saepius additum est 'P.' vel 'Pit.'; postremo quae in Leidensi exemplari exhibentur, fere semper consentiunt cum eis, quae ex 'Ms. Pith.' in observationibus protulit Lindenbrog. Iam cum veri sit simillimum Contii codicem eundem fuisse atque nostrum Parisinum *A* (cf. supra), quae praeterea a Gronovio adnotantur ad Cuiacii exemplar referamus necesse est. Hic autem Cuiacii codex quin optimorum librorum numero adscribendus sit, dubitari non potest; nam primum voces Graecas continebat (quarum multas ex hoc fonte Lindenbrog hausit); deinde neque in Hecyrae neque in Phormionis commento lacunis scatebat, quin etiam solus scholion ad Phorm. II 1, 7 servavit; denique semper ad optimorum codicum (*RC, O*) memoriam accedit, quae res praesertim in ea commenti parte, ubi vetustiores libri deficiunt, summi momenti est. Subscriptionem Phormionis hanc fuisse testatur Gronov: 'AELII DONATI V · C · ORATORIS VRBIS ROMAE COMMENTVM TERENTI PHORMIONIS EXPLICIT': quae quam prope ad eam accedat, quam Parisinus *A* servavit, nemo non videt. —

Huius 'exemplaris longe optimi' mentionem fecit L. Carrio in epistula ad Petrum Danielem a. 1580 scripta, v. Hagen, 'Der Jurist und Philolog Peter Daniel' p. 31. Cf. praeterea Sabbadini 'Studi ital.' II 86 et libellus meus 'Untersuch. z. lat. Scholienlitt.' p. 16 sqq.

Restat, ut de Westerhovii codice, olim Samuelis Hulsii Hagani, pauca addam. Ex hoc libro Westerhov haud parvum numerum lectionum enotavit simulque hanc servavit subscriptionem: 'DONATI IN ANDRIAM COMMENTVM EXPLICIT FELICITER'. In libello meo supra commemorato p. 24 sqq. exemplis sat multis allatis demonstravi codicem Hulsianum artissimo vinculo coniunctum fuisse cum codicibus *R TCF*; eundem non integrum fuisse ipse Westerhov testatur: deerant enim scholia ad Ad. III 3, 84—IV 5, 30 et ad Hec. IV 1, 27—IV 4, 1 (cf. quae de codicibus *F* et *D* exposui). Fortasse etiam in Phormionis commento lacunam exstitisse inde colligere possumus, quod Westerhov ad II 1, 4—19 codicem in testimonium non vocat.

*Codex
Hulsii*

II. Libri deteriores.

8) Codex Leidensis Voss. lat. Q. 24 s. XV membranaceus foliorum 239 (cf. Catal. codd. Leidens. p. 378). Hunc in Italia scriptum esse iam olim animadverterat Ritschl; quin ex Vespasiani Florentini officina prodierit, dubium esse vix potest. Excussit totum a. 1854 I. Vahlen in Schopeni usum, quam collationem Reifferscheid adhibuit. Terenti vitam Ritschelio contulit E. Mehler; praeterea Dziatzko Leidensi usus est. Ipse a. 1894 Ienae collationem feci. — Cf. 'Studi italiani' II 65; 70; Mus. Rhen. LII 84 sq.

9) Codex Laurentianus S. Crucis 22, 6 s. XV. In folio praefixo legitur 'Iste liber fuit ad usum fratris Sebastiani de Bucellis († 1466). qui pertinet armario conventus Sanctae Crucis de florentia ordinis fratrum Minorum'. — Cf. 'Studi italiani' II 73; 'Museo italiano' III 423 sq.

10) Codex Laurentianus Faesul. 175 s. XV membranaceus. In Phormionis commento parva lacuna exstat II 3, 79—II 3, 9. — Cf. 'Studi italiani' II 53 cum adnot. 2.

11) Codex Neapolitanus V B 17 (olim 411) s. XV membranaceus foliorum 113 (cf. Iannelli, Catal. Bibl. lat. Mus. Borbon. p. 274; 'Mus. ital.' III 383 adn.). Ad Phorm. II 3, 8—10 adnotatum est 'quod est reliquum in hac scena est de loco superiori signato hoc signo V'; idem signum ad II 3, 93 appositum est. Vitam Terenti contulerunt G. Thilo (cf. Ritschl in Reifferscheidii Suetonio p. 482) et H. Motz (cf. Ritschelii opusc. III 216). — Cf. 'Studi italiani' II 54; 62; 70 sq.

- P** 12) Codex Parisinus lat. 7921 (olim Blaesensis 701) s. XV chartaceus foliorum 132 (cf. Catal. cod. manuscr. Biblioth. Regiae a. 1744 III 4 p. 412^b). Hunc in Germania scriptum esse contendit W. Fröhner in Philol. XVIII 357, argumentis non probavit. Continet Donati commentum usque ad Ad. III 4, 34 ‘neque iners getha an captus’ (in imo margine ‘est quemadmodum’). Exaratus est a duobus librariis; altera manus incipit fol. 31^r. Terenti vitam contulerunt J. Hunziker (cf. Roth in Mus. Rhen. XII 174), C. B. Hase (cf. Ritschl in Suetonio Reiffersch. 481), G. Meyncke (v. Ritschelii opusc. III 216), W. Fröhner (l. l.); post Schopenum, qui a. 1851 Parisiis codicem contulit, ipse a. 1894 totum excussi. — Cf. Mus. Rhen. LII 85.
- s** 13) Codex Ambrosianus D 70 sup. s. XV chartaceus foliorum nunc 209, olim 252. Fol. 43, in quo initium vitae Terenti scriptum erat, deest; incipit fol. 44^r his verbis ‘tempus qui agitabant’ (= Vita c. 6) et desinit fol. 252 his ‘omnia desperantis tu iam’ (Phorm. I 4, 42). Inter Eunuchi et Adelphorum commenta librarius in margine adnotavit ‘heyo^{mon} non inveni in exemplari’. — Cf. ‘Museo italiano’ III 394 sq.; ‘Studi italiani’ II 56.
- r^b** 14) Codex Ambrosianus A 144 sup. s. XV chartaceus foliorum 172. Donati commentum, quod legitur ff. 1—149 (v. infra 22), alterum sequitur eiusdem commenti fragmentum ff. 150—156^r a diversa manu scriptum, quod pertinet ad Eun. V 7, 1 ‘te amat et rursus’ — Ad. praef. II 3 ‘interuentum eigionis’. — Cf. ‘Museo italiano’ III 396 sq.; ‘Studi italiani’ II 55.
- q** 15) Codex Ambrosianus T 114 sup. s. XV chartaceus foliorum 213, quorum primum excisum est. Incipit fol. 2^r verbis ‘pro suis edere’ (Vita c. 5); post Eunuchi commentum secuntur 4 folia vacua inlustrandae Heautontimorumeni destinata (f. 112—115); fol. 111^r adnotatum est ‘hic deest una commedia’ et ab alia manu additum ‘videlicet Εαντοτειμωρουμενος’. In ima pagina ultima legitur ‘1472 Ind. 5 pridie Idus aug^{ti} theate descriptum (re- t. Sabb.) est. sit laus deo’. Praeter librarium alia manus in corrigendo codice occupata fuit, quae permultas editionis principis lectiones adscripsit; ad Hec. III 5, 8—V 1, 2, quam commenti partem editio princeps omisit, nihil enotatum. Huius libri partes quasdam contulerunt Sabbadini et Wissowa, qui Ambrosianum editionis Mediolanensis fontem fuisse suspicatur. — Cf. ‘Museo italiano’ III 393; ‘Studi italiani’ II 57; III 330.
- f** 16) Codex Ferrarensis 173 NA 6 s. XV chartaceus foliorum 293. Exhibit subscriptionem hanc ‘A Ludovico Carbone in diamantino recognitus 1477 mense Novembri’; in mar-

gine adnotationes Carbonis leguntur. — Cf. Zachariae Iter litter. per Italiā p. 158; 'Studi italiani' II 59; III 330 adn.

17) Codex Londiniensis Burn. 267 plut. 161 E s. XV *k* chartaceus foliorum 221 (cf. Catal. of Manuscr. in the Brit. Mus. I p. 68). Nonnulla excerpta H. Hilgenfeld et W. M. Lindsay mecum communicaverunt.

18) Codex Dresdensis Regius Dc 132 (olim Bononiensis) **D** s. XV chartaceus (nisi quod priorum 5 fasciculorum folium exterrum membranaceum est) foliorum 126 (cf. Katal. d. Handschr. d. königl. öff. Bibl. in Dresden I p. 318). Scriptus est ab una manu totus, quae multis locis correcturas intulit; alia deinde manus cum hic illic textum emendavit, tum in margine varias adnotationes adspersit; praeterea a diversa manu fol. 1^r adscriptum est 'AELIUS DONATVS DE P · TERENTII VITA DEQ3 TRAGOEDIA ET COMOEDIA' et fol. 4^r 'AEL · DON · COMMENT · IN · QVINQVE TERENT · COMMED.' De patria codicis edocemur hac adnotatione 'Ex Bibliotheca Reverendiss. Amedei Canonici Regularis Bononiensis Clodius Bibliothecae Regiae adquisivit'. Codex, ex quo Dresdensis descriptus est, in Hecyrae commento magnam illam lacunam habebat III 5, 8—V 1, 2; quae lacuna expleta est adhibito codice quodam, qui Marucelliano *F* (vel Hulsiano) simillimus erat. Hoc comprobatur et consensu lectionis et lacuna quadam inde ab IV 1, 26 usque ad IV 4, 1 pertinente; deinde ad IV 4, 1—77 non nisi excerpta satis exigua exhibentur, ad IV 4, 78—104 scholia omnino desunt. Scholia ad Phorm. II 3 ita ordinata sunt, ut in universum numeri versuum Terentianorum recte procedant; tamen non est difficile ad intellegendum habuisse librarium ante oculos codicem, in quo duae scholiorum series eodem modo quo in *VCFR* separatae erant. Librarius autem — non ipsius Dresdensis, sed archetypi — cum ad versum 25 pervenisset, alterius ordinis scholia prorsus abiecit, sicut et in antecedentibus non pauca omisit. Voces Graecae spatiis amplissimis relictis desunt. — Dresensem a. 1854 I. Vahlen Schopeni in usum contulit, qua collatione Ritschl in vita Terenti edenda usus est; iterum vitam excusserunt E. Jungmann et L. Jeep (cf. Ritschelii opusc. III 216), sed eorum quae aliter atque Vahlen enotaverunt nihil fere in codice scriptum est (cf. R. Büttner in Annal. philol. 1894, 73 sq.). Tum Dziatzko codicem totum excussit, ipse a. 1894 et 1895 maiorem partem contuli; in iis, quae praetermisera, Vahleni accuratissima collatione usus sum. — Cf. 'Studi italiani' II 56; 63; Mus. Rhen. LII 97.

- b 19) Codex Laurentianus 53, 31 s. XV chartaceus 157 foliorum. Fol. 1^r haec leguntur 'Ad usum Conventus sante marie magdalene monachorum Cisterciensis ordinis'. Continet integrum Donati commentum exceptis scholiis ad Hec. III 5, 8—V 1, 2; Graeca omissa sunt. Cohäret autem hic liber tam arte cum editione principe, ut ex eodem quo illam fonte eum fluxisse facile possit comprobari (v. 'Studi italiani' II 79; III 333). Idem valet de proximo libro qui est
- E 20) Codex Perusinus 396 (F. 7) s. XV membranaceus foliorum 98, quorum 77 priora continent 'DONATI GRAMATICI · COMENTVM · IN · EVNVCHVM · TERENTII.' In hoc quoque Graeca desiderantur. — Cf. Blume, Bibl. libr. msc. Italica 122; 'Studi italiani' V 289—90. — Laurentianum b aliqua ex parte consultit Sabbadini, ipse Ienae inspexi.
-
- x 21) Codex Vaticanus Palat. lat. 1630 s. XV chartaceus. Scholia quae pertinent ad Eun. I 2, 31—II 2, 32 per errorem suo loco omissa et in ff. 1—8^r suppleta sunt; ad Eun. I 2, 31 librarius adscripsit 'notandus error'. Vita Terenti fol. 13^r incipit. Scholia ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 desunt, qua de causa ff. 165^r—168^r scriptura vacant. Voces Graecae in lacunis omissae sunt, exceptis paucissimis in priore commenti parte (Tract. de com. — Andr. I 1, 18), quas H. Graeven excerpserit. — Cf. 'Studi italiani' II 49; 65 sq.
- z^a 22) Codex Ambrosianus A 144 sup. s. XV chartaceus foliorum 172. Continet fol. 1^r—149^u Donati commentum usque ad Phorm. praef. II 'falso dupli ei⁹ amore'; Adelphorum commentum inde ab I 1, 15 'ex me' (fol. 118^u) deest neque quicquam adnotatum. In Hecyrae commento eadem quae in Vaticano x desiderantur. — Cf. 'Museo italiano' III 396 sq.; 'Studi italiani' II 55; v. etiam supra 14.
- z 23) Codex Vaticanus lat. 1513 s. XV chartaceus 184 foliorum. Titulus fol. 1^r exstat hic 'Andria Donati Grammatici in Publii Terentii Aphricani Kartaginensis comoediis expositio'; Eunuchi commento praepositum est hoc 'Donati Grammatici in Eunucum Terentii expositio'; similiter deinceps. Subscriptio fol. 184^r legitur haec: 'Ἐχοντα καὶ γραψοντα χριστέ με σώσον· τέλος'. Ad Hec. III 5, 8, ubi in aliis maximus hiatus incipit, in margine adnotatum est 'Ιστεον δτι ἀπὸ ἐδῶ (l. ὥδε) ἔως τὸ τέλος αὐτῆς τῆς πωμοδίας ἐξ ἄλλον ἀθιβοιλιον (l. ἄλλον ἀντιβολίον) ἔγραψεν ὁ μαρτινός'; recte hinc Sabbadini ('Studi italiani' II 50) conclusit Martinum quendam lacunam, quam in archetypo invenerat, alio codice adhibito explevisse, Vaticanum autem ex Martini libro descriptum esse.
- t 24) Codex Vaticanus Ottobon. lat. 2023 s. XV chartaceus. Subscriptio 'L. Anconae MCCCCLXIII pridie Kalendas

ianuarias B. scripsit'. Hecyrae commentum lacunosum non est, sed ex summa quae inter hunc et reliquos eiusdem prosapiaie libros intercedit necessitudine in archetypo lacunam illam fuisse haud scio an iure concludatur. Continet pauca Graeca (usque ad Andr. I 1, 91), quae H. Graeven meum in usum excerpserunt. — Cf. 'Studi italiani' II 55; 71—73.

25) Codex Malatestianus XXII. 11. V s. XV membranaceus foliorum 163 (cf. Muccioli, Catal. codd. mss. Malat. II 149; Zazzeri, Codici e libri della bibl. Malat. 1887 p. 431; 438). Sabbadinio teste in hoc libro confiendo tres manus occupatae fuerunt: *Man. 1* scripsit Eunuchum, Adelphos. Hecyram usque ad III 5, 8 'quae volumus dicere' (= fasc. V—XIII [a—i]); tum spatio duorum foliorum et dimidii vacuo relicto Phormionis commentum transcripsit (= fasc. XVI—XVIII [k—m]). Eadem librario tribuit Sabbadini eam partem codicis, quae vitam Terenti, tractatus de comoedia, Andriae commentum continet; haec olim in fine addita fuisse constat (fasc. I—IV [n—q]). Vocabula Graeca, plerumque relecta lacuna, omissa sunt, nisi quod initio pauca (atramento scripta) leguntur atque eadem fere, quae in Vaticanis *t* et *x* reperiuntur. *Man. 2* Hecyrae commentum ab III 5, 8 usque ad IV 1, 20 'sed ne tuum' supplevit (= fasc. XIII extr.) et quae a *man. 1* scripta erant, multifariam correxit saepeque variam lectionem adiecit. *Man. 3* reliquam Hecyrae partem (inc. 'sed ne tantum') scripsit (= fasc. XIV et XV). Praeterea tres manus ab illis diversae codicem suppleverunt vel correxerunt: *Man. 4* magnam partem voca-**M⁴** bolorum Graecorum, quae librarius omiserat, partim in contextu partim in margine minio supplevit; *Man. 5* quae ad Andr. III 1, 6 deerant ('suscipi — tollere') addidit; *Man. 6* Phorm. II 1, 22 'socratis' in 'isocratis' correxit. Codicem, in quantum quidem a manu prima profectus est, ante a. 1457 scriptum esse testimonio est epistula Malatestae Novelli († 1465; de epistula cf. 'Museo italiano' III 423; 'Studi italiani' II 52), qua hic Cosimo Mediceo petenti se codicem missurum promittit, simul autem codicem mendosissimum esse seque Aurispam adiisse scribit, ut eius librorum auxilio menda tollere liceret. Unde Sabbadinio conclusit correcturas et supplementa a *man. 2* et *3* Malatestiano illata ad Maguntini codicis apographum Aurispae referenda esse, Malatestianum ipsum (*man. 1*) aliquo modo ad eiusdem apographum libri Carnotensis redire. Simul ille vir doctissimus eum codicem, cuius ope *M* emendatus atque auctus est, Vaticano *t* simillimum fuisse monuit. Partem codicis *M* contulit Sabbadini, Graeca mihi exscripsit I. Kurth. — Cf. 'Museo italiano' III 423 sq.; 'Studi italiani' II 50; 65 sq.

O 26) Codex Oxoniensis Lincoln. lat. 45 s. XV membranaceus foliorum 217 (cf. Catal. codd. Oxon. I 31). In folii praefixi pagina auersa legitur 'Vespasianus Librarius Florentinus fecit scribi florentie'. Titulus hic est: 'CLAVDII · DONATI · HONORATISSIMI · GRAMATICI · PREFATIO · SVPER TERENTIO · ET PRIO · IN ANDRIA · INCIPIT FELICITER'; Phormionis commento subscriptum est 'Explicit phormio Donati clarissimi'; reliquos singulorum commentorum titulos subscriptionesque hic commemorare opus non est. Post Andriae prologum fol. 9^u—10^u legitur magna illa interpolation 'Sunt qui habent et versus — redeamus ad Donati commentum', quam exscripsi in Mus. Rhen. LII 87, ubi et aliorum interpolationum mentionem feci. Insignis est duabus lacunis ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 et ad Phorm. II 1, 4—19 (nullo spatio relicto); in Phorm. II 3 scholiorum ordines nondum confusi sunt. Graeca vocabula in lacunis omissa sunt. In tractatu supra commemorato Ormannus quidam appellatur, qui quis fuerit mihi non constat; fortasse idem fuit atque Ormannus Erfordensis, qui scripsit codicem Farfensem 8 eiusdem saeculi, glossas et Pauli differentias continentem, sed ne de huius quidem persona quicquam notum est. Contuli quasdam codicis *O* partes Ienae a. 1895. — Cf. Dziatzko, Ann. philol. suppl. X 663, qui Bentleium hoc libro usum esse ostendit; 'Studi italiani' II 49; 65; 69; Mus. Rhen. LII 86 sq.

a 27) Codex Laurentianus 53, 9 s. XV membranaceus 127 foliorum (cf. Bandini, Catal. Bibl. Medic. Laur. II 604). Est hic liber Oxoniensi *O* tam similis, ut dubium esse non possit, quin in eadem Vespasiani officina ex eodem archetypo descriptus sit; quamquam non desunt, quibus inter se differant, qua de re mox dicendum erit. Fol. 217^u adscriptum est 'LIBER PETRI DE MEDICIS COS · F ·', unde apparet codicem ante a. 1469, quo ille diem supremum obiit, esse scriptum. Laurentianum a. 1895 Ienae inspexi atque nonnulla enotavi. — Cf. 'Studi italiani' et Mus. Rhen. l. s. l.; eiusdem libri mentionem fecit Lindenbrog Observat. 631.

m 28) Codex Laurentianus 53, 8 s. XV chartaceus foliorum 118 (cf. Bandini, Catal. etc. II 604). In calce haec legitur subscriptio 'Mathias lupius · plebanus areolensis scripsit pro bibliotheca sua geminanensi · M^o quadringentesimo quinquagesimo nono · die VII aprelis'. In Hecyrae commento post verba 'quae uolumus dicere' (III 5, 8) tria folia vacua relicta sunt a librario, in quibus alia manus s. XVI vel XVII scholia usque ad finem huius scaenae supplevit. Tum in proximo folio ad V 1, 1 adnotatio exstat a Donati commento aliena; sequitur genuinus textus inde ab V 1, 2 'Nec pol me multum fallit'. In Phormionis commento scholia ad II 1, 4—19 non desiderantur; scholiorum ad II 3 ordines confusi sunt. Post Andriae prologum

eandem exhibit interpolationem quam in *O* et *a* invenimus. — Cf. 'Museo italiano' III 423; 'Studi italiani' II 57; Mus. Rhen. LII 91.

29) Codex Vaticanus Ottobon. 2070 s. XV. In prima *n* huius libri charta legitur 'Ex codicibus Ioannis Angeli ducis ab Altaemps' († 1681). Post Hec. III 5, 8 sequitur spatium folii unius et dimidii, tum ad V 1, 1 eadem quae in *m* interpolatione; ultimo huius comoediae scholio addita sunt haec: 'textus tamen talis habetur · sequor equidem plus hodie boni feci impudens quam sciens ante hunc diem umquam. Vos valete et plaudite. Calliopius recensui'. In Phormionis commento hic cum codice *m* prorsus consentit; idem valet de interpolatione, quae post Andriae prologum inserta est. — Cf. 'Studi italiani' II 58.

Praeter eos quos supra enumeravi atque descripsi nonnulli commemorandi sunt codices, qui nullius omnino pretii ad crisin factitandam aut sunt aut esse videntur; ex parte enim minus mihi innotuerunt, quam ut certam de eis proferam sententiam.

30) Codex Vaticanus Regin. lat. 1673 s. XV charta-*G* ceus 215 foliorum. Titulum 'Donati grammatici in sex P. Terentii Afri comoedias examinata interpretatio' ex Calphurnii editione sublatum manus recentior praeposuit. Hic codex propter duas res memorabilis est: primum quod in Phormionis commento ad II 3 scholia similiter atque in *D* in ordinem redacta sunt, qua in re certum vestigium pristinae formae relicturn est; deinde quod duae manus a librarii manu *G*² diversae haud paucas voces Graecas, quas man. 1 solito more in lacuna omiserat, supplererunt atque eas ex optimae notae codice ut videtur desumptas (ad tractatus, Andr., Eun., Ad., Hec.). Has partim Fr. Spiro partim G. Wissowa exscriperunt. — Cf. 'Studi italiani' II 56; 62.

31) Codex Vaticanus Urbin. lat. 354 s. XV membranaceus foliorum 211. Post Andriae praefationem legitur hic titulus (fol. 6^r): 'Aelii Donati Grammatici Clarissimi in sex P. Terentii Afri Comoedias examinata interpretatio'; fol. 88^u post Eunuchi commentum inserta est 'Io. Calphurnii Brixensis Heautontimorumon examinata interpretatio'; ordo fabularum sic procedit: Andria Eunuchus Heautont. Adelphoe Phormio Hecyra; denique post Phormionis commentum legitur (fol. 210^r—211^r) Calphurnii epistula 'Constat antiquos scriptores — Vale decus Litterarum' (v. Loeffler, De Calphurnio Ter. interpr. 40). Haec omnia satis declarant Vaticanum editioni Calphurnianae coniunctissimum esse, id quod nec Ritschelium fugit (v. Sueton. Reiff. 483) et Sabbadini sic explicuit, ut Vaticanum ex Calphurnii autographo descriptum esse diceret; sed rectius cum Wissowa codicem ex

ipsa editione derivatum esse sumemus, nam et subscriptio ad Terentium et Donatum spectat et didascalias Adelphorum Phormionisque, quas exhibet, in Calphurnii autographo commenti Donatei exstisset vix est credibile. Ritschelio variam lectionem ad Terenti vitam exscripsit Ribbeck.

32) Codex Matritensis Reg. 2 B 4 s. XV/XVI. Titulus idem est qui Urbinatis codicis, ut facile nascatur suspicio hunc quoque ex Calphurnii editione transcriptum esse. — V. Loewe, Bibl. patr. lat. Hispan. 465; Mus. Rhen. LII 98.

33) Codex Escurialensis E III 3 s. XV. Cf. Dziatzko, Ann. philol. suppl. X 695 adn. 1; 'Studi italiani' III 330 adn. 1.

34) Codex Londiniensis Burn. 171 plut. 162 D s. XV chartaceus foliorum 205 (cf. Catal. of Manuscr. in the Brit. Mus. I p. 54). Continet Hecyrae commentum integrum; in archetypo scholiorum series ad Phorm. II 3 nondum fuisse confusas sunt quae doceant. Textus forma ei quam Dresdensis exhibet similis.

35) Codex Londiniensis Add. 21083 plut. 227 A s. XV chartaceus 85 foliorum (cf. Catal. of Add. to the Manusc. in the Brit. Mus. [1875] p. 319). Continet Eunuchi et Phormionis commenta. Ex iis quae H. Hilgenfeld et I. P. Gilson mecum communicaverunt hunc codicem in Eunuco saepius ad melioris notae libros accedere, in Phormione saepenumero misere interpolatum esse mihi persuasi.

36) Codex Londiniensis Add. 11906 plut. 276 G s. XV membranaceus foliorum 85 (cf. Catal. of Add. etc. [1850] p. 17). Continet Terenti fabulas et ab eadem manu Donati commentum in marginibus adscriptum. Fol. 1^r legitur 'Jeronimus minato est 1471'.

§ 3.

De codicis inter se rationibus.

Omnium qui ad nostram aetatem pervenerunt librorum manuscriptorum antiquissimi sunt codices *A* et *B*. Qui etsi non desunt quibus differant, tamen in universum tam arte coniuncti sunt (v. app. crit. ad Andr. II 1, 23 sqq.), ut non temerarium esse videatur eos ad communem fontem referre, praesertim cum archetypum ad Andr. II 1, 24—29 lacunosum fuisse uterque testetur. Sed quominus hos libros recta via ex illo archetypo prodiisse sumamus, obstat inter alia diversus commentorum ordo, nam in *A* Andriam sequitur Adelphoe, at in *B* Andriam excipit

Eunuchus. Qua in re uter genuinum exhibeat ordinem, difficile est ad diiudicandum; verumtamen ut contra Umpfenbachium (praef. XL) et Leonem (Mus. Rhen. 38,324) in codice *B* communis archetypi ordinem esse servatum putarem, cum consensus reliquorum librorum tum illud effecit, quod Rabbow (p. 331) argute observavit eum qui ante saeculum nonum vitam Terenti Ambrosianam confecit ordinem fabularum exhibere hunc: Andria Eunuchus Adelphoe Heautontimorumenos Hecyra Phormio. Quem ordinem quin ex Donati commento repetiverit grammaticus ille nescio quis, vix potest esse dubium, quippe qui totus ex illo commento pendeat. Itaque in eo quo usus est exemplari post Andriam invenit Eunuchum, Heautontimorumenon autem, cuius commentum iam deperierat, ipse in enumeratione sua superaddidit. Huic testimonio alterum fortasse accedit, quod petitur ex scholiis codicis Victoriani s. X scripti, quo de v. infra § 5. Hinc sequitur in libro quodam, qui codicem *A* aetate aliquantum superabat, eundem extitisse ordinem quem codex *B* testatur; unde in eo exemplari quod inter *A* et communem librorum *AB* fontem intercedit ordinem commentorum commutatum esse colligamus necesse est (cf. Mus. Rhen. LII 94). Ex iis autem de quibus modo disputavi codicibus *A* et *B* reliquorum omnium derivatum esse nullum vel inde manifestum est, quod uterque non nisi partem commenti satis exiguum continet. — Codices *CF* ad codicem Maguntinum redire supra iam vidimus; ad eundem autem fontem propter summam quae appareat congruentiam revocandi sunt libri *T* et *R*; quorum ille quidem ex eodem quo *CF* apographo (Decembrii?) pendere videtur (cf. ad Euanth. III 5), hic ni fallor ex ipso Maguntino transcriptus est. Cui opinioni vix obstat, quod in *R* nonnullae lacunae reperiuntur, quia in archetypo quid scriptum esset dignosci iam non poterat (Phorm. praef. III 4; prol. 11). Nam et ipse Candidus ‘cariem vetusti operis’ queritur et Riccardianum aliquanto post illius apographum constat esse descriptum; sic evenire potuit, ut quae iam ante dignosci vix potuissent, spatio

dimidii fere saeculi interposito prorsus evanuerint. Sed sive hoc sive alio modo res explicanda est, hoc quidem vel ex ipsis libris *CF* dilucide apparet codicis Maguntini propriam fuisse lacunam illam ad Phorm. II 1, 4—19, quam idem exhibit cod. *R*: quam lacunam ad iacturam unius folii vel duorum in ipso Maguntino vel in eius archetypo factam recte revocavit Sabbadini ('*Studi ital.*' II 74 sq.). Eandem autem lacunam reperimus in eo codice, ex quo libri *Oa(mn)* propagati sunt, ubi tamen altera accedit, qua scholia ad Hec. III 5, 8—V 1, 2 hausta sunt: quae quin ex simili iactura, duorum scilicet vel quattuor quaternionum, repetenda sit, dubitari non potest. Iam videoas quaeso Laurentium Vallam ad Ioannem Arretinum (qui vulgo Tortelli audit) a. 1447 haec scribentem ('*Museo ital.*' III 387): 'non aliud scribo quam quod ab amico ut scriberem iniunctum est, ut quaeras a domino Columnensi sive quis alius est qui Donatum super Terentium habet, numquid integer Donatus reperiatur et an super omnes comoedias scripserit. Nam hic amicus meus apud Carnutum vidi hunc auctorem sed sine tertia comoedia *'Εαντοντιμωρουμένω* et non integra quinta *'Ενυρῷ* itemque cum defectu in sexta, quae dicitur *Φορμίων*'. Nonne isdem verbis archetypus librorum *Oa* optime describitur? Porro audiamus Aurispam (l. c. 388), qui a. 1451 Antonio Panormitae scribit: 'Iamdiu scieram Carnuti in Gallia Donatum in Terentium in bibliotheca ecclesiae maioris esse. Eum curavi ut transcriberetur mihi que huc Roman transmittenetur, quod iam factum est et eum codicem [i. e. apographum] hic habeo et dedi operam ut transcriberetur; quod cum erit factum, et cito fiet, originalem ad te mittam non dono sed ut et alii copiam habeant' et paulo post 'Superiore hebdomada item ad te scripsi me iam commentum Donati in Terentium habuisse, quod Carnoti ut rescriberetur curavi. Facio item transcribi, ut ipsius copiam secure amicis facere possim, ne forte denuo mihi eveniret quod Guarinus [Veronensis], Carolus [Marsuppini] et tu mihi fecistis'. En habes apographum

codicis Carnotensis in Italiam translatum, habes archetypum librorum *Oamn* (=ω), qui ut aliis de causis verisimile fit, non ex altera transcriptione, verum ex ipso apographo derivati sunt. Iam nascitur quaestio, quae inter Maguntinum et Carnotensem intercedat ratio; nam eos artissime cohaerere vel summus inter *TCFR* et *Oa*, in quantum quidem hi pristinam scripturam servaverunt, docet consensus (cf. Mus. Rhen. LII 90). Atque rem iterum iterumque reputanti hoc mihi quam proxime ad verum accedere visum est: in ipso codice Carnotensi fasciculorum compages laxata erat, quo factum est, ut primum folia, quibus scholia ad Phorm. II 1, 4—19 continebantur, exciderent. Quibus amissis ex codice iam mutilato (z¹) descriptus est codex Maguntinus. Deinde sive paulo sive multo post illi quoque fasciculi interierunt, in quibus ea commenti pars scripta erat, quae pertinet ad Hec. III 5, 8—V 1, 2. Hinc factum est, ut Vallae amicus cum Carnotensem (z²) perlustraret, primo statim obtutu et in Hecyra et in Phormione librum illum non esse integrum animadverteret. Minime igitur Sabbadinio assentiri possum, qui contendit ('Studi ital.' II 53) observasse illum Vallae amicum inde a Phorm. III 1 scholia paulatim rarescere. Hic alia res commemoranda est atque ea summi momenti ad codicum inter se rationes melius perspiciendas. Quattuor illos libros manuscriptos *Oamn* ad eundem redire fontem (ω) cum aliae interpolationes omnibus communes docent, tum qui post Andriae prologum in omnibus legitur tractatus, quem in Mus. Rhen. LII 88 sq. transcripsi. Quamquam si hos codices inter se comparamus, mira quaedam cognoscitur dissensio: ac primum quidem in codicem *O* haud paucae lectiones irreperunt peculiares ei librorum generi, cui assignandi sunt e. g. codices *LcdN* (φ); deinde in *a* iam multo maiorem talium lectionum numerum invenimus; postremo codices *mn* prope toti in illam recensionem abierunt, nam non solum Phormionis lacuna illius auxilio expleta est, sed etiam in eodem commento ad II 3 idem atque in *LcdN* exstat scholiorum ordo, cum in *Oa* adhuc distinctae sint series adnotationum,

sicut in libris Maguntinae prosapia. Hinc efficitur exstisitse iam tum cum *O* describeretur recensionem illam cuius testes sunt codices *LcdN*, tantamque fuisse illis temporibus auctoritatem eius, ut pristinam textus formam paulatim submoverit. Quod comprobatur exemplo codicis *D*. Hic quoque, cum in eius archetypo et Hecyrae commentum lacunosum — quam lacunam adhibito codice quodam qualis est *F'* expletam esse facile appetat — et scholia ad Phorm. II 3 nondum in unum confusa fuerint, ad eundem fontem revocandus est, ex quo *Oamn* fluxerunt. Idem *D* quamquam in universum cum libris *LcdN* sim. consentit, tamen non ita raro ab isdem dissentit et ad codicum *TCFR* memoria se applicat (cf. etiam ad Phorm. V 8, 53). Idem fere valet de communi fonte codicum *bE* et editionis principis; in quibus Hecyrae lacuna adhuc exstat (*E* hic deest), in Phormionis vero commento ad II 3 ordo scholiorum quem exhibent *LcdN* iam receptus est.

Quod ad codices *xr^aztM* attinet, simillime res se habet; in aliis enim (*xr^a*) Hecyrae lacuna etiam nunc cognoscitur, in aliis (*ztM*) partim in ipsis partim in proximo fonte expleta est atque expleta quidem ex libro eiusdem recensionis, cuius sunt *LcdN*. Itaque dubium esse non potest, quin hi omnes ad Carnotensis apographum redeant; unde necessario sequitur scholia ad Phorm. II 1, 4—19 in communi archetypo ex illa recensione cuius saepius mentionem fecimus esse restituta. Atque hoc ni fallor comprobatur eo, quod et in *LcdN* et in *Db ed. pr. xr^aztM* desideratur scholion ad Phorm. II 1, 7, quod in codice quodam propter ὄμοιοτέλευτον ('causam tradere') videtur intercidisse. Quae cum ita sint, haud scio an nostro iure sumamus in hanc quoque Carnotensis stirpem similiter atque in *Oamn* gradatim illatam esse deteriorem recensionem. Cuius rei initium fortasse factum est in illa transcriptione, cuius Aurispa l. s. c. meminit. — Iam ad quaestionem difficillimam pervenimus, unde oriunda sit recensio illa saepius commemorata. Qua in re primum statuendum est factam esse eam ante a. 1451, quo anno Aurispa Carnotensis

apographum transcribendum curavit; simul iis quae supra exposuimus convincitur quod Sabbadini ex consensu qui est e. g. inter *N* et *z* conclusit: ut *xztM*, sic et *LcdN* ad archetypum in Hecyrae commento lacunosum redire, cuius rei nec vola nec vestigium appetet. Itaque cum Carnotensis exclusus sit, restant qui in censem veniant codices Maguntinus et *V*; uterque Hecyram habet integrum, at in Phormionis commento scholia ad II 1, 4—19 in illo desiderantur, in hoc exstant, sicut in libris *LcdN* sim. Qua de causa facile sibi persuaserit quispiam Vaticanum vel eius archetypum fundamentum praebuisse, praesertim cum aliae res accedant; nam primum et in *V* et in *LcdN* scholion ad Phorm. II 1, 7 deest; tum ad Hec. V 3, 1 in utrisque pauca verba desiderantur, ubi in *V* librarius adnotavit ‘deletum propter vetustatem’; postremo in Phorm. praef. III 5 sine dubio *V* eandem praebet perturbationem, quam in *LcdN* invenimus. At contra non desunt, quae illi opinioni adversentur; ex eis quae supra de codice *V* enarravimus appareat librario huius libri iam praesto fuisse exemplar illius recensionis eundemque ante oculos habuisse confusos scholiorum ad Phorm. II 3 ordines. Hinc enim explicatur, quod prioris ordinis scholium ad Phorm. II 3, 29 in posteriore repetitum est, nam in libris qui confusam exhibent recensionem scholion 29 A legitur post 28³ B; hinc porro explicandum, quod in *V* sicut in *LcdN* post schol. 12 A additum est ‘insimulo genetivo iungitur’, quae verba codices *RCF* non agnoscunt (eadem adnotatio legitur in *D*, simillima in *Oa* in altero scholiorum ordine, sed hos tres libros ex recensione *LcdN* pendere supra vidimus). Denique si addimus lectiones illius recensionis a correctore in codicis *V* partem priorem interdum neglegenter esse translatas, iam haec opinor sufficient, quibus *V* ipsum librorum *LcdN* sim. fontem non fuisse demonstretur; sed quominus ex archetypo codicis *V* recensionem illam derivatam esse sumamus, nihil videtur obstare. — Iam pergamus ad Maguntinum, quem a. 1433 ab Aurispa repertum esse commemoravimus. Eundem Aurispam sibi

apographum confecisse cognoscitur et ex ipsius et aliorum epistulis, de quibus cf. Sabbadini, 'Biogr. di Aurispa' p. 83—85, 'Museo ital.' III 385sqq., 'Studi ital.' II 17sq. Simul edocemur Aurispam apographum suum Carolo Marsuppini tunc Florentino tradidisse, qui illud transcriberet id est 'emendaret et in digniorem aspectum' redigeret (cf. 'Mus. ital.' III 418); quod fere intra annos 1439 et 1446 videtur esse factum. Ex Vespasiani autem Florentini officina prodit *V*, prodierunt sine dubio *LcdN*, prodierunt denique *Oa*; eundem porro Vespasianum familiarissime usum esse hominibus doctis litteratisque, quos Mediceorum eximia liberalitas Florentiam convocaverat, res est notissima. Itaque non prorsus a veritatis specie videtur recedere coniectura ipsi Marsuppinio deberi eam de qua nunc agitur recensionem (φ). Quae si ita sunt, e codice *V* Phormionis lacunam, quam ut ipse Maguntinus ita Aurispae apographum habebat, expletam esse sumamus necesse est; cui opinioni fortasse favet omissum ad Phorm. II 1, 7 scholium, quod unus servavit Guiacii codex, qui, ut hoc statim addam, quam proxime accedit ad librorum *RTCF(Oa)* memoriam.

Restat ut doceam quae inter meliores et deteriores codices intercedat ratio. Atque ne longus sim, pauca afferam exempla insigniora, quorum numerum nullo negotio augere licet.

Meliores libri:

Andr. prol. 12 ergo et poema oratio.

„ *IV 5, 19* maior et ad summam aetatis refertur et ad comparationem pariliter positum.

Deteriores libri:

ergo in poemate oratio est.

maior — pariliter et comparative et similitudinarie(!) positum (cf. *Arch. lexicogr. lat.* XII 284; 400).

Eun. III 1, 34 ideo quia scorta sunt dura coria. a parte ergo sui meretrices scorta dicuntur.

,, *IV 5, 2* sed ut hoc ipsum iam erroris esset ac uinolentiae.

,, *IV 7, 6* proprie manipulus milites centum Romani et Latinis sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur.

,, *IV 7, 39* et miles de his officiis, quae suo nomine contumeliosa sunt.

Ad. III 3, 35 sic et in Eunucho: et nominatiuus et septimus casus potest esse.

,, *III 4, 47* idonea causa aduersus uiuos faciendo pro mortuo scilicet.

et dicitur scortum quia tunc aperiuntur dura coria dicta scorta. meretrices ergo sui scorta dicuntur.

sed — uinolentiae accumulatio.

proprie manipulus est militis: cum Romani et Latini sub uno centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi illi sertam uel coronam ex manipulo vel alio huius modi conficiebant, quae pro signo sequebantur.

miles contumeliose dixit. ab his enim officiis, qui suo nomine uocandi sunt, data uocabula contumeliosa censentur.


sic et in Eunucho 'eum se intendit esse, ut est dementia' (!). et nominatiuus casus potest esse et ablatiuus.

idonea — uiuos querimoniam faciendo — scilicet.

- Ad. IV 5, 61* quam nihil im-
periose ac pro
auctoritate pa-
tris!
„ „ non 'ne sis so-
cors'.
, IV 7, 18 nihil aliud uo-
lebat Demea
nisi ut saeuiret
Micio.
, IV 7, 34 equus durius.
, V 3, 10 putare est falsa
et cassa a ueris
et utilibus re-
secare.
- Hec. I 2, 75* uigilanter quod
est 'integralm'
ut accepi a
suis': potuit
enim et uitia-
tam accepisse.
, III 2, 21 et τὸ 'dic mihi'
curiosius in-
terrogantis est.
- Phorm. prol. 2* 'transdere' ue-
teres sonan-
tius, quod nos
lenius 'tra-
dere'.
- „ *I 2, 1* tertia persona.
„ *I 2, 3* ordine.
„ *II 1, 23* quam pacato
ore.
- quam — patris fiat.
non dixit 'ne sis socors'.
nihil — Demea quam ut —
Micio.
equus ligneus.
putare — falsa et infructi-
fera(!) — resecare (*cf.*
Arch. lex. lat. l. c.).
uigilanter quod est 'integralm'
specificat(!), id est tales
qualem accepi a suis: po-
tuit etc. (*cf. Arch. lex.*
lat. l. c.).
et — mihi: dic uerbum est
instantis audire et curio-
sius interrogantis.
'transdere' — lenius enuntia-
mus 'tradere'.
tertia persona de se loquens
usus est.
ordinem seruauit.
quam miti pectore.

Quae qui consideraverit, facile intellegebit, quam bene
in hanc Italorum recensionem quadrent, quae apud Voigtium

(‘Wiederbelebung d. class. Altert.’ II³ 385) legimus: ‘Ihr Resultat war ohne Zweifel eine Ausbesserung und Ebenung des Textes durch eine Fülle von bunten, aus dem allgemeinen Sprachgefühl entsprossenen Conjecturen’!



§ 4.

De editionibus.

Quamquam Donati commentum circiter quinquagies typis mandatum est — cf. Westerhovii edit. I, LXXIX sqq., Ritschl in Suetonio Reiff. p. 483 sqq. (= Opusc. III 218) —, tamen hic rem paucis absolvere licet, nam editiones, quae alicuius momenti videantur, admodum paucae sunt.

ed. pr. 1) Editio princeps ex eadem officina prodiit, cui Italia primum librum typis descriptum, eiusdem scilicet Donati artem grammaticam, debet: nam foras eam dederunt Conradus Sweynheym et Arnoldus Pannartz Romae a. 1472. Cum hac de principatu contendit editio Veneta Vindelini Spirensis quam procuravit Raphael Zovenzoni. Quae quo anno facta atque emissa sit etsi prorsus ignoramus, tamen omnium qui harum rerum periti sunt consensu ad Romanam quam proxime accedit, nisi forte ut bonitate ita etiam aetate eam superat. Ab hac Veneta totam pendere editionem anonymam, quae Mentelino Argoratensi assignari solet, vel ipsi versus subscriptionis loco additi produnt (cf. 'Studi italiani' II 76 sq.). Romana autem et Veneta ut inter se quam maxime consentiunt, ita neque haec ex illa neque illa ex hac fluxerunt, sed ad eundem librum manuscriptum redeunt, ad quem codices *b* et *E*. Codex ille, ex quo derivatae sunt, ad deteriorum librorum genus pertinebat et in Hecyrae commento magna illa lacuna (III 5, 8 — V 1, 2) laborabat; ad Phorm. II 3 scholia eodem modo confusa erant atque in reliquis eiusdem condicionis libris. Eo autem editiones a recentioribus libris manuscriptis differunt, quod satis multas voces Graecas continent, quas tamen magnam partem interpolatori deberi luculente demonstravit Sabbadini ('Studi ital.' III 333). Quod cum etiam de multis aliis lectionibus harum editionum propriis valeret, rectissime Dziatzko 'principi editioni non plus fidei deberi quam cuiquam noviorum codici' statuit (edit. Terent., Lipsiae 1884 praef. p. X adnot. 6).

ed. Mediol. 2) Editio Mediolanensis Antonii Zaroti a. 1476. Haec cum aliis rebus tum eo a principe differt, quod prima Hecyrae commentum integrum exhibet: unde sequitur eam ad diversum fontem redire. Sabbadini ('Studi ital.' II 80) consensum quendam inter Mediolanensem et codicem Vaticanum *G* indicavit, sed illam ex hoc derivatam esse ipse negavit; editorem codice Ambrosiano *q* usum esse fortasse recte Wissowa suspicatus est.

Calph. 3) Editio Veneta a. 1476 et Tarvisiana a. 1477 Ioannis Calphurnii Brixensis (v. Loeffler, De Calphurnio Terentii interprete, Diss. Argent. 1882). Haec editio in universum nititur editione principe, cuius lacunam in Hecyrae commento Calphurnius explevit adhibito quodam libro manuscripto, qui cum codicibus *t M* artissime cohaeret (v. 'Studi ital.' II 82). Praeterea ordinem comoediarum editor mutavit, ut sic procederet: Andria Eunuchus Heautontim. Adelphoe Phormio Hecyra, sicut etiam in Terenti editione, quacum Donati commentum coniunctum est. Ad Heautontimorumenon cum Donati interpretationes iam non exstant, Calphurnius ipse commentarium composuit, quem maximam partem ex reliquis Donati commentis compilavit; cf. Loeffler l. c. 47 sqq. Itaque editioni subscriptum est hoc:

'P. Sexti Terentii Afri cum Aelii Donati grammatici examinata interpretatione finis. Insuper addita est Calphurnii in Heautontimorumenon Terentii accurata expositio'. Denique editioni epistula praefixa est 'Calphurnius Brixensis Marco Aurelio viro praeclarissimo salutem.' etc., quam edidit Loeffler p. 40—45.

Ab hac Calphurnii editione pendere codicem Vatic. Urbin. 354 iam supra commemoravimus; idem valet de codice Boendermakeri, quo Westerhov usus est (v. 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' p. 24) et de codice quodam Gandaviensi nunc ut videtur deperdito, cuius collatio a Gronovio facta (cf. 'Unters.' etc. p. 27) exstat in editione Lindenbrogiana Leidensi (Gronov. nr. 12). Hoc autem propter Ribbeckium moneo, qui in edendis comicorum Romanorum fragmentis hac Gandaviensis collatione usus est. Relinquitur ut addam Matritensem quoque Donati codicem videri ex Calphurnii editione esse derivatum (v. supra § 2, 32).

4) Editio Parisina a. 1529 (1536, 1541) Roberti Stephani. De subsidiis suis editor in praefatione pauca indicat, cum loquitur de 'codicibus antehac excusis' et de 'vetusto exemplari manuscripto'; illarum in numero sine dubio fuerunt editio princeps et Mediolanensis, de hoc quid iudicandum sit supra (§ 2) exposuimus. His igitur subsidiis nisus et adhibitis Terenti aliorumque scriptorum operibus Donati commentum ita in integrum restituere conatus est Stephanus, ut scholia secundum ipsius Terenti verba in ordinem redigeret, lemmata instauraret, interpretamenta emendaret atque suppleret, Graeca reponeret, sententias auctorum saepenumero singulis litteris signatas integras redderet. Qua in re etsi Sabbadinio (l. c. 81 sq.) concedendum est saepenumero Stephanum errasse multis que locis vim potius quam medelam adhibuisse, tamen negari non potest, quin optime de hoc commento meritus sit; ut alia mittam, vel hoc ei laudi vertendum est, quod saepissime abiectis pravis superiorum editionum lectionibus ex optimo ni fallor codice suo genuinum textum exhibuit, quo factum est, ut Parisina editio omnes quae ante id tempus virorum doctorum manibus versabantur editiones longe superaret.

5) Editio Parisina a. 1602 et Francofurtensis a. 1623 Lindenbr. Friderici Lindenbrog. Quod ad ipsum commenti textum attinet, haec Lindenbrogii editio in universum non ita multum differt a Stephaniana, nisi quod hic illic haud pauca ex novis subsidiis manuscriptis emendata vel suppleta sunt. Sed Lindenbrog non solum quibus usus sit codicibus accuratius indicavit, verum etiam primus satis multas lectiones librorum suorum in observationibus enotavit, unde qualia ei manuscripta subsidia praesto fuerint aliquo modo statuere possimus. Ipse in praefatione haec exponit: 'Donati duo exemplaria habuimus et illa Pithoeorum accurata diligentia ad MSS. codd. Antonii Contii

et Iacobi Cuiacii Antecessorum Bituricensium collata, quorum auxilio in hoc commentario plurimae lacunae suppletiae aliaque infinita errata integritati suae restituta sunt. Iuverunt etiam nonnihil collectanea quaedam quae in bibliotheca regia Parisiensi, et schedae vett. Pet. Danielis Aurelianii viri humanissimi.' De Pithoeorum collatione iam supra verba fecimus; schedis autem Petri Danielis cod. Parisinum A significari rectissime demonstravit Dziatzko (Mus. Rhen. XIX 450 sq.). Sed in hoc errasse mihi videtur vir doctissimus, quod de Lindenbrogii collectaneis protulit: 'sie waren eine gedruckte Donatausgabe mit handschriftlichen Varianten, wahrscheinlich auf Grundlage des cod. 7920, und mit Conjecturen.' Nam cum Lindenbrog, ut ipse in praefatione docet, cod. Paris. 7899 Terenti ad emendandas comoedias adhibuerit, in hoc autem codice, quem editor in observationibus Ms. R(egium) appellat, permulta Donati scholia (usque ad Andr. I 5, 10) exhibeantur (cf. Umpfenb. praef. XXVI; Schlee, Scholia Terent. 38; Chatelain, 'Paléogr. des class. Lat.' ad tab. VII), mihi quidem veri videtur esse simillimum his excerptis cod. Parisini 7899 usum esse Lindenbrogium (v. 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' 22 sq.; cf. etiam, quae in observ. p. 640^a de Sulpicii periocha ex Ms. R. affert Lindenbrog et Umpfenbachii adnotationem de codice P p. 430). De altero Cuiacii codice Lindenbrogio permisso v. Hagen, 'Der J. u. Ph. Peter Daniel' p. 31.

Westerh. 6) Editio Hagana a. 1726 Henrici Westerhov. Praeter duos libros manuscriptos, alterum Hulsii alterum Boendermakeri, de quibus v. supra (§ 2 et § 4, 3), editor nonnullas editiones vetustiores, in his unam de principibus ut videtur (cf. praef. p. LXXX), adiit, quarum lectiones in observationibus enotavit; ibidem multas coniecturas protulit, quarum partem Wielingio amico debebat. Textum qualem ex Lindenbrogiana recepit, rarius immutavit. — Hanc Westerhovii editionem repetit G. Stallbaum additis Bentleii et Schopeni in Donatum observationibus (Lipsiae a. 1830—31).

Klotz. 7) Editio Lipsiensis a. 1838—40 Reinholdi Klotz. Hic quomodo rem absolverit, ipse indicat in praefatione p. V: 'adnotationes nonnullae Aeli Donati quae in vetustioribus editionibus leguntur . . . ex editionibus volgatis exciderunt . . . denique editores . . . multa secus ac leguntur in veteribus editionibus constituerant . . . His ego incommodis quom libros manu scriptos . . . nunc quidem nancisci non potuisse, sic mederi studui, ut duas editiones antiquissimas, principem unam quae fertur sine loco et anno [i. e. Argoratensem, v. supra sub 1)], alteram Venetam anni 1485 [a Calphurniana pendet] . . . potissimum . . . sequerer'. Hinc satis appareat, quam fallaci nitatur fundamento haec editio. Attamen ne iniqui simus, hoc

profitendum est Klotzium, ut ipse l. c. monuit, veterem ordinem adnotationum — in universum quidem — revocasse et hic illic textum in integrum restituisse.

§ 5.

De scholiis Terentianis
ex Donati commento excerptis.

1) Scholia Bembina. In antiquissimo Terenti libro manuscripto, quem viri docti intra IV et V saeculum collocant, margines oppleti sunt scholiis, quae pertinent ad Andr. IV 5, 8—V 5, 8, Eun., Heaut. in. — III 2, 39, Phorm., Adelph. Horum scholiorum exiguum partem ex P. Victorii apographo Schopen a. 1832 (Progr. gymn. Bonn.) publici iuris fecit, fere omnia Umpfenbach in Hermae vol. II 341—402 edidit, sic tamen, ut satis multa vel corrigenda vel supplenda reliquerit, ut docent ea, quae Studemund in Annal. philol. 1868, 546—71 et 1882, 51—63 congescit. Octavo saeculo scholia tribuit Umpfenbach, qui idem animadvertisit a duobus librariis ea scripta esse; propius ad ipsius codicis aetatem accedere scholiastas sibi persuasit Studemund, de s. VI—VII cogitat Hauler; at Zangemeister-Wattenbach, Sickel, Kauer pro certo affirmant omnia scholia, et prioris et recentioris manus, sexto saeculo codici Bembino esse adscripta (cf. Ter. Phormio ed. Dziatzk-Hauler p. 185; Stud. Vindob. XX 255 sqq.). Atque primum quae ad Andriam adnotata sunt, nulla omnino ratione cum Donati commento coniuncta sunt; in eis deinde quae ad Eunuchum et Adelphos pertinent inveniuntur sane nonnulla, quae cum Donato consentiunt, sed num ex huius commento, quale quidem ad nos pervenit, desumpta sint, res est admodum dubia; nam ille qui cognoscitur consensus ad communem fortasse fontem velut Terenti codicem variis scholiis instructum referendus est. Idem valet de parte scholiorum ad Heautontimorumenon et Phormionem. Rem autem ita se habere nescio an comprobetur illo ad Eun. II 3, 45 scholio Bembino, ubi legimus ‘sed quantum Donatus commentator Vergilii refert’! Contra si ea scholia quae Phormionis prologo et primo actui adscripta sunt cum nostro commento comparamus, fieri non potest, quin illa ex hoc deprompta esse statuamus; habemus enim utroque loco eandem scholiorum farraginem (cf. in primis ad I 1, 1) nec non compluribus locis singula commenti scholia in Bembino conglutinata videmus. Hinc sequitur ut sub finem sexti saeculi Donati commentum iam tale exstitisse putemus, quale ad

nostram aetatem pervenit. Quod etiam alia ratione comprobari potest: nam scholiorum ad Heaut. facile duo discernuntur genera, quorum alterum arto quodam vinculo cum nostro commento cohaeret. Hoc non ita explicandum est, ut excerpta ex deperdito Donati ad illam fabulam commento nobis praesto esse sumanus, sed — id quod luculentissime demonstravit Gerstenberg (*De Eugraphio* 108 sqq.; cf. etiam Smutny in *Dissert. Vindob.* VI 134 adn. 3) — ex quinque Donati commentariis nobis servatis similiter compilata sunt, atque Calphurnii in eandem comoediam interpretationes. Cuius rei ‘una inveniri potest causa haec: quia scholiasta ille commentarium Donati in eam fabulam non iam habuit’ (Gerstenberg 111). Aut igitur a compilatore corporis nostri Donatei omissum est illud commentum aut, quod a vero propius abesse videtur, post illum excidit (cf. Rabbow p. 332). Sic non solum cognoscimus qua aetate archetypus omnium codicum nostrorum confectus sit, verum etiam testem spectatae vetustatis nacti sumus, quamquam excerptorem interdum satis libere commenti textum tractasse neglegendum non est.

2) *Scholia Victoriana*. Exstant in codice Terenti Laurentiano 38, 24 s. X frustula Donatæ ad Andr. III 2, 24 — V 5, 7 et Eun. prol. 5 — II 2, 43. Horum scholiorum primus mentionem fecit Umpfenbach in Herm. II 338; idem in edit. Ter. partem excerptis (praef. XX adn. 2). Post illum ediderunt Sabbadini in ‘*Studi ital.*’ II 24—25 et Schlee, *Scholia Terentiana* 68—69. — His igitur scholiis vel potius glossis semper adscriptum est ‘secundum d(onatum)’. Quae quin ex eiusmodi commento, quale nobis praesto est, excerpta sint, dubitari vix potest (cf. e. g. ad Eun. II 1, 5, ubi codd. Donati ‘*Quod mihi carior pro qui mihi sum carior*’, scholiasta ‘*pro qui mihi sum carior; aliter quod mihi carior sed. d.*’: in utrisque eadem lematis corruptela); sed eundem qui scholia Victoriano addidit, ea ex Donato exscripsisse minime certum est. Immo non abest suspicio frustula illa ex alio codice Terentiano in Victorianis marginis esse translata (cf. Umpf. Herm. II 338; velut ad Andr. V 1, 20 exstat ‘*praesenseram*] aliter nt secundum d.’, quod nifallor corruptum est ex ‘*aliter rit s. d.*’, nam ‘*senserit*’ testatur Donati commentum); qui cuius generis fuerit etsi certo diudicari nequit, tamen de libro familiae γ (*PC*) cogitari posse non omittam. Etenim ad Andr. III 2, 24 legitur ‘*occepi] vel occoepi secundum donatum*’, hic autem habet ‘*occepi] occipi melius quam incepi (fort. quam coepi ex cod. A)*’, unde non absurdum videatur credere in libro quodam ad Terenti ‘coepi’ adnotatum fuisse ‘*vel occ(eki) s. d.*; ‘*coepi*’ vero est lectio codicum *PC*. Deinde ad Andr. IV 4, 45 in Victoriano scriptum est ‘*aha necdum omnia] aliter an haec tu omnia scilicet audisti secun-*

dum d.', in Donati commento duo exstant scholia '1) *AN NEC TV OMNIA 2) NEC TV OMNIA audisti subauditur*'. Iam appareat illam Victoriani adnotationem ad secundum scholium pertinere; sed neque in hoc neque in illo apud Donatum 'an haec tu omnia' legitur, quae contra lectio est librorum *PC*. Fortasse igitur Victoriani scholium desumptum est ex codice quodam, in quo ad verba 'an haec tu omnia' supra versum additum erat 'scilicet audisti s. d.' Sed haec sufficient. In Victoriano ordo fabularum est: Andria Adelphoe Eunuchus etc., itaque Sabbadini, quod frustula Donatea ad Andriam et Eunuchum pertinent, sagacissime conclusit derivata esse excerpta illa ex libro, in quo Andriam Eunuchus excipiebat; sed hinc eundem ordinem ex Donati aliquo codice profectum esse mea quidem sententia non necessario colligitur, cum et in libris *PC* Eunuchus sequatur Andriam.

3) *Scholia Riccardiana*. De Riccardino (nr. 528 s. XI) Umpfenbach in praefatione p. XXXIII ita refert: 'praeter secundam manum in initio Hecyrae et in Phormione tertia quaedam eiusdem aetatis atramento nigriore et ductibus subtilioribus excerpta ex scholiis Donatianis aspersit'; ibidem (adn. 1) quae partim ipse partim Studemund descripsérant exhibet. Pertinent autem scholia Riccardiana, quae etiam Schlee syllogae suae inseruit (p. 69—75), ad Hec. prol. I 1—I 2, 84 et ad Phorm. prol. I—III 2, 1; Donati nomen nusquam adscriptum est. Plerumque haec excerpta consentiunt cum optimis Donati codicibus; itaque quoniam in hac commenti parte nisi saeculi XV libri manuscripti nobis praesto non sunt, multo vetustiorem testem servatum esse gaudemus. Tametsi hic quoque sicut in Bembinis scholiis cautione opus est, ne Donati commento adscribamus, quod soli excerptoris arbitrio debetur, velut ad Phorm. II 2, 24 versus Iuvenalis, quem codices nostri non agnoscent.

4) *Scholia Vaticana*. Perexiguus est numerus scholio-rum Donatorum in cod. Vaticano 3868 s. IX/X, cf. Umpfenbach in praefat. p. XXVII et Schlee l. c. p. 67—68.

5) *Scholia Parisina*. Iam apud Umpfenbachium in praef. p. XXVI haec legimus: 'scholia refert [sc. Fritschius] in f. duodecim prioribus [codicis Parisini 7899 s. IX/X] per multa esse, deinde rarescere, nonnullis locis plane deesse'; tum Chatelain 'Paléogr. des class. Lat.' ad tabulam VII de eodem codice ita refert: 'Dans le Paris. 7899, le texte de Térence est accompagné, au moins dans la première partie du volume, de gloses abondantes empruntées généralement au commentaire de Donat'; denique Schlee p. 38 mentionem facit, cum dicit 'in *P* libro priora folia duodecim multis Donatianis scholiis obsita sunt'. Haec scholia exceptis eis, quae Chatelain l. c.

transcripsit (ad Andr. I 5, 1—10), adhuc edita non sunt; magnam vero partem Schopen, cum a. 1851 Parisiis versaretur, descripsit simulque adnotavit pertinere illa excerpta ad tractatus de comoedia (Euanth. IV 5 sq.) et Andriam usque ad I 5, 10. Accedunt autem haec scholia Parisina quam proxime ad eam commenti formam, quae in optimis Donati codicibus nobis tradita est; ex ipso Parisino *A* Donati ea esse descripta iam contendere non ausim, cum sine dubio ex vetustiore libro fluxerint. De ratione quae inter Lindenbrogii 'collectanea' vel 'excerpta Ms. R.' et scholia codicis Paris. 7899 intercedat, v. supra § 4, 5.

De Eugraphio fusius disputavit Gerstenberg l. c. p. 33 sqq. Hic monuisse sufficiat inesse in nostra scholiorum farragine permulta, quae ex illius commento derivata esse videantur neque apud Eugraphium deesse, quae originem Donateam aperte prae se ferant. Certiorem sententiam tum demum proferre licebit, cum quae sit Eugraphiani commenti indoles atque natura melius perspicerimus.

Quod ad scholia recentiora pertinet, quorum partem Schlee edidit, viro doctissimo adstipulor, qui p. 44 haec protulit: 'cum Donatianis magna multitudo brevium scholiorum congruit, quae utrum ex ipso Donato an ex eodem, quo ille hauserit, fonte petita sint, non liquet'. Nam sicut fieri potuit, ut breves illae adnotationes ex genuino Donati commento exciperentur, ita non alienum est credere ex codice quodam Terenti glossis instructo permulta in nostram commentorum compilationem irrepssisse. Fortasse autem accurata scholiorum Donatorum, Bembinorum, Eugraphianorum, recentiorum comparatione instituta melius apparebit, quid in hac re statuendum sit.

§ 6.

De novae editionis subsidiis manuscriptis.

Ex eis quae supra (§ 3) exposuimus satis appareat, quos potissimum in constituendo Donati textu sequi debeamus libros manuscriptos: ubique profiscendum est a codicibus, qui immunes sunt ab Italorum saeculi XV retractatione, id est *ABV¹* *Cuiac.* *RTCF*. Qua in re neglegendum non est, quod iam supra monui, in adhibendo codice *B* cautione quadam opus esse; deinde codicis *F* testimoniis carere possumus excepta prima commenti parte, ubi *C*

deest. Iam si apparatus criticum ad Andr. II 1, 31 — fin., ubi praesto sunt codd. *ABV¹TC* perlustramus, has affinitates reperimus:

ABV¹—TC: II 1, 31 uel — et; II 3, 29 dixit — ostendit; II 6, 16 celanda — occultanda; 24 reprehendo — uitupero; III 2, 31 enim — ante; 46 adiunxerunt — affixerunt; III 4, 18 commotus — prouocatus; 19 caute — hanc; 22 palam — manifestum; III 5, 4 et sapientia — pretium pro stultitia; IV 1, 9 id est quia — tamquam; 13 promiserunt — prouiderent; IV 5, 8 sequebatur — perseuerat; V 2, 13 precatorem — praecoptorem; V 3, 25 potest incusare — accusare potest; V 4, 12 esse — chritonem; V 5, 1 duas res — duo.

AB—TCV¹: II 3, 9 a principio — ab initio; III 3, 10 mutabant — uitabant; IV 3, 18 sagittariis — sagittis; V 6, 14 plurimis — pluribus.

AV¹—BTC: IV 3, 18 captandas — capiendas; IV 4, 47 in cruciatum — cruciatum; V 2, 14 uolunt — uelint; V 3, 27 sufferre — ferre; V 4, 11 tuam — tu iam; 34 consuetudine magis — m. e.; 47 uel — et; V 5, 4 sint — sunt.

ATC—BV¹: V 1, 9 hic — haec; V 2, 3 et aduentum — aduentum; V 3, 8 mos — mox.

In reliquis commenti partibus res eadem est. Differentiarum autem quae apparent pars casui tribuenda est, pars inde repetenda, quod codices *TC* non recta via ex antiquo libro propagati sunt, sed intercedente hominis docti transcriptione; quae restant, ex glossematis vel variis lectionibus adscriptis originem traxisse videntur, cf. e. g. Andr. I 1, 9: dominabatur *AV¹*, dominatu *T*, dominatu, *in mg.* al. dominabatur *C*; II 6, 8: omnibus uel nominibus *AB*, omnibus *TC*, nominibus *V* (*dett.*); V 1, 5: criminis uel criminationis *A*, criminis *rell.*; V 3, 25: peccato, *sscr.* uel re *A*, peccare *rell.*; V 6, 3: dixerit, *sscr.* uel sci *A*, dixerit *ut vid.* *V¹*, scierit *rell.*

Accedit quod librarii saepius ad libidinem pristinum verborum ordinem immutaverunt, cuius rei luculenta ex-

empla sunt haec: Ad. II 2, 17 demonstratiuus (sic *V² dett.*)] demonstrat huius *ut vid. V¹*, huius demonstrat *C*; Ad. IV 5, 33 dixit sed miser amet] dixit sed miseram et · *C*, sed miseram dixit et *V (dett.)*; Ad. V 9, 16 qui amari conabatur] quia mori conabatur *C*, quia conabatur amari *V (dett.)*; Hec. III 1, 8 aut enim soluunt nos curae] autem insoluant nos cure *C*, aut enim nos curae insoluant *V (dett.)*; cf. etiam supra ad Andr. V 3, 25; 4, 34.

Si originem atque indolem singulorum librorum respi- cimus, in universum dici potest praestantiorum esse fidem codicum *ABV¹*. Quo magis dolendum est in maxima commenti parte his testibus nos esse destitutos, adeo ut omnino ad Maguntini memoriam delegati simus. Sed hic quoque perincommode accidit, quod duo codices — *T* et *R* dico — non nisi exiguam totius operis partem conti- nent, cum solus *C(F)* integrum exhibeat commentum. Cui accedit codex *V*, quem inde ab Ad. II 3 testem esse incer- tissimum saepius commemoravimus. Atque ut discernamus, ubi *V* ex Italorum recensione pendeat, necesse est consulamus libros deteriores, qui ad eandem recensionem perti- nent; ubi igitur *V* a codicis *C* memoria discedit et cum deterioribus consentit, fieri non potest, quin illius scriptura in summam vocetur suspicionem. Idem cadit in Phormio- nis commentum, ubi praeter *C* codicem *R* Maguntinae prosapiae testem habemus. Haec autem re vera ita se habere optime comprobatur lectionibus codicis Cuiaciani, quas Pithoeorum collationi debemus. Pauca afferam ex- exempla. *C (Cuiac.) — V (dett.)*: Ad. IV 2, 13 figurauit] figura aut — figuratiue ut dicimus; IV 2, 43 mane deueni] man deuani (manaeuam) — mande iram; IV 3, 2 fecerat (faceret) — peccatum fuisset; IV 4, 3 significat — significet; IV 4, 22 fuisse — esse; IV 5, 59 subaccusatur hoc (hic) — per hoc subaccusetur; IV 7, 5 mitigare sibi acriorem fieri ira- cundiam (-dum) demeam — iracundiam demeae acriorem fieri possibilem sibi mitigare queat; Hec. prol. II 1 dum (dicit) — memoratur; prol. II 23 at ubi cum (a iudicium) persona — primo cum persona; I 1, 17 semper suasisse (se

persuasisse) — eām persuasisse; I 2, 56 a nomine in·e & (a nomine cet) — antonomasice; II 1, 41 coniunctia (-tiua) — coniunctione. *BC* (*Cuiac.*) — *V* (*dett.*): IV 3, 15 nominavit apposita sunt (nomina ut posita sunt) — nominavit; IV 4, 8 socrum sed — sostratam et. *RC* (*Cuiac.*) — *V* (*dett.*): Phorm. I 1, 1 grecisque (gregisque) — generisque (*sic et R in mg.*); I 1, 7 pro uero (puero) — pro uere scio; I 2, 52 hortatus (-tor) — hortari; I 2, 97 nam — iam; I 4, 34 uide satin — et quid commachinetur; II 3, 8 sexu — sensu; 18 ociosa — odiosa. — In tanta integrorum testium penuria facere non poteram, quin interdum deteriorum librorum lectiones afferrem, praesertim iis locis, ubi velut ad Phorm. II 1, 4—19 *V* solus commenti textum servavit. Quod ex magno deteriorum codicum numero *L* et *D* (quibus in priore parte accedit *P*) selegi, hoc post ea, quae de libris manuscriptis exposui, comprobationis indigere non puto; his interdum addidi scripturam codicis *O*, quippe qui hic illuc bonam lectionem exhiberet. Iam quibus subsidiis in singulis commenti partibus nitatur nova editio, haec doceat tabula:

		Meliores				Deteriores		
		<i>A</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>F</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>
Vita Terenti		<i>A</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>F</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>
Tractatus de comoedia		<i>A</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>
Andria — II 1, 23		<i>A</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>
„ II 1, 23—fin.	<i>A</i> <i>B</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
Eunuchus — III 2, 1	<i>B</i>	<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ III 2, 1—V 2, 23		<i>V¹</i>	<i>T</i>	<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ V 2, 23—fin.		<i>V¹</i>		<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
Adelphoe — I 1, 40	<i>A</i>	<i>V¹</i>		<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ I 1, 40—II 3		<i>V¹</i>		<i>C</i>	<i>LP</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ II 3—fin.		(<i>V¹</i>)		<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
Hecyra — III 4, 16		(<i>V¹</i>)		<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ III 4, 16—V 2, 8	<i>B</i>	(<i>V¹</i>)		<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i> (<i>D</i>)		
„ V 2, 8—fin.		(<i>V¹</i>)		<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	
Phorm. — II 1, 4		(<i>V¹</i>)	<i>R</i>	<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	(<i>O</i>)
„ II 1, 4—19		(<i>V¹</i>)		<i>L</i>		<i>V²</i>	<i>D</i>	
„ II 1, 19—fin		(<i>V¹</i>)	<i>R</i>	<i>C</i>	<i>L</i>	<i>V²</i>	<i>D</i>	(<i>O</i>)

Quod ad voces Graecas attinet, in iisdem paene versamur angustiis, quippe cum in noviciis libris fere desiderentur. Omni suspicione carent, quae in *A B Cuiac.* traditae sunt; idem valet de iis quae in *V* — huic plurimas debemus — et *R* leguntur. Accedunt quae in *M* a manu 4., in *G* a manu 2. nescio quibus ex fontibus suppleta sunt; paucissima ex codice quodam Caroli Strottii repetuntur (v. ‘*Studi ital.*’ II 89; 127). Praeterea in *TC(F)* quaedam casu servata sunt, de quibus disputavi in *Mus. Rhen.* LII 75 sq. Nonnulla etiam in codicibus *tx* sed in prima dumtaxat commenti parte (usque ad Andr. I 1, 98) extant; haec plerumque cum iis consentiunt, quae in *M* atramento scripta sunt: minio enim manus 4. supplevit. Longe alia condicio est vocabulorum Graecorum, quae editio princeps exhibet; nam ea si non omnia at magnam partem interpolatori deberi demonstravit Sabbadini (‘*Studi ital.*’ III 333). Quid de Stephani editione statuendum sit, docent ea quae in praefatione exponit: ubi librorum manuscriptorum testimonium accedit, suspicio nulla est, at ubi illi deficiunt, quod imprimis in Adelphorum commento factum est, periculum est, ne quae docti nescio cuius coniecturae debentur, vetusto exemplari quo usus est editor imputemus. — Praeterea monendum librarios in perscribendis vocabulis Graecis, — hoc potissimum ad terminos technicos quos vocant pertinet — sibi minime constitisse; unde factum est, ut in codicibus modo Graecae modo Latinae litterae appareant. Qua in re eam potissimum secutus sum rationem, ut omnibus locis Graecam restituerem formam, ubi aut optimi libri eam exhibent aut in quibusdam lacuna exstat, cum aliis Latinam formam praebeant.

§ 7.

De eius quod ad nos pervenit commenti forma
atque origine.

Ad communem archetypum redire omnes codices nostros non est quod pluribus demonstretur. De illo egit Sabba-

dini ('*Stud. ital.*' II 22 c. adn.; 73; III 335), cui id concedo proximum fontem minusculis litteris scriptum, hunc autem ipsum ex codice maiusculae litteraturae derivatum fuisse (cf. quae § 2 de Parisino *A* indicavi). Quod autem vir doctissimus contendit prototypon exemplar saeculo VI—VII confectum esse, paulum ab eo dissentio. Id quidem recte animadvertisit terminum quandam preeberi scholiis Bembini codicis ad Phormionis partem priorem spectantibus: quae saeculo VII attribuit, cum vix possit esse dubium, quin sexto saeculo vetustissimo libro adscripta sint (v. supra § 5, 1). Sed quod Leonem secutus dicit Prisciano pleniorum commenti Donatei formam praestitum fuisse, quam quae ad nos pervenerit, id probare minime possum: etenim si duos illos institutionis grammaticae locos (v. § 1 testim.) comparamus, hoc solum efficitur de prompsisse grammaticum ex Donati commento variam ad Andr. III 3, 4 lectionem 'paucis' et 'pauca', quam nostrum quoque commentum testatur. Nulla igitur re impedimur, quin medio fere saeculo VI eam quae aetatem tulit scholiorum Terentianorum recensionem esse ortam sumamus.

Iam vide quaequo, quantum spatium temporis inter prototypon illud exemplar et antiquissimum quem habemus codicem — Parisinum *A* s. XI dico — intercedat: facillime animo comprehendere poteris, quam lata omnis generis corruptelis praesertim in huiusmodi opere patefacta sit via. Quas si removerimus — quod ut fieret, enixe operam dedi: quamquam permulta adhuc sospitatorem flagitare non ignoro —, non ad ipsum Donati commentum perveniemus, sed ad eam tantummodo quam saeculo sexto assignavimus scholiorum compilationem, quam in hac editione quoad fieri potuit exprimendam curavi, adeo ut etiam scholiorum ordinem saepenumero perturbatum servaverim.

Cum non sit in animo totam hic pertractare quaestionem Donateam, satis habeo indicasse, quomodo commentum nostrum ortum esse videatur. Iam inde ab saeculo XVI viri docti animadverterunt hanc scholiorum farraginem a Donato non esse profectam (v. '*Studi ital.*' II 4sq.); ita-

que varia temptaverunt, ut rem explicarent, quae omnia referre et longum est et supervacaneum, cum diligentissimam habeamus Sabbadinii disputationem. Quem potissimum secutus sic mihi rem composui: genuinum Donati commentum in duorum excerptorum manus incidit, qui servato auctoris nomine scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines transtulerunt. Procedente tempore evenit, ut variae annotationes diversae originis sive ab ipsis excerptoribus sive ab aliis adicerentur. Tum sexto saeculo nescio quis duo illa scholiorum corpora admodum aucta in unum cogere studuit atque rem ita instituit, ut primum singulos scholiorum ordines binis columnnis iuxta positis ex codicibus transcriberet, deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet; id quod ei non semper contigit. Simul commissuras quam maxime occultare conatus est, ut unius et simplicis operis speciem efficeret; fortasse etiam alia nonnulla de suo addidit. Compilator vero ^{cum per quattuor [vel quinque, scilicet Andr. Eun. Heaut. Ad. Hec.; cf. supra § 5, 1]} fabulas id egisset sedulo, ut duos commentarios in unum concinnaret et contaminaret, in Phormionis II 3 abiecta subito industria integros posuit, primum alterum a v. 7 (nam hue usque contaminati sunt) ad v. 93, deinde alterum a v. 5 ad v. 93; dehinc autem quae sequuntur scholia usque ad finem fabulae, ea ita comparata sunt, ut unum commentarium adhiberi intellegas. Quare certum est Phormionis commentum fuisse ultimum, ad quod cum pervenisset compilator, fastidio concepto destituerit quam usque dederat operam' (Rabbow p. 331, qui quae in period. phil. Berolin. 1895, 427 exposui, non recte intellexisse videtur). Hinc igitur numerosissimae illae repetitiones, hinc saepenumero perturbatus scholiorum ordo, hinc porro mira illa ad Phorm. II 3 commenti forma, hinc denique rarescentia ad Phorm. III—V scholia!

Iam si quaeritur, num fieri possit, ut aliqua ex parte genuinum Donati commentum ex hac scholiorum farragine eliciatur, equidem hoc non prorsum negaverim, sed res

mihi videtur esse admodum lubrica atque intricata. Quin ipse qui periculum fecit¹ Sabbadini confiteri coactus est rem interdum esse meri arbitrii ('Stud. ital.' III 346; cf. etiam Leo in Mus. Rhen. XXXVIII 333). Itaque ne aliorum praecoccuparem iudicium simulque ut aliquo modo viam praestruerem, satis habui ea quam indicaverunt Schopen, Teuber, Sabbadini ratione adhibita singulas annotationum glebas in quantum iustum ac necessarium visum est dissoluisse. Inclinatis autem litteris reddi ea in primis volui, quibus integrum scholium in duas vel plures partes disiectum esse videbatur; hic illie etiam parva additamenta (cf. Andr. prol. 6²; 16³; 24²; 25³; I 1, 1⁶; 2¹; al.) eodem typorum genere exprimenda curavi.

De Euanthio eiusque commentario Terentiano, de quo ambigunt viri doctissimi, v. commentatiunculam meam 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' c. I; de altero tractatu v. eandem et 'Studi ital.' V 303 sqq.; de praefationum singulari condicione cf. Smutny (Diss. Vindob. VI) p. 100 sqq., Rabbow p. 320 sqq.

Quod attinet ad ipsam Terentianarum fabularum memoriam, qualis exstat in commento nostro, rem esse incertissimam ex eis, quae de commenti origine exposuimus, facile quivis intelleget. Nam ut omittam scholiorum formam saepenumero ab excerptoribus esse mutatam, hoc vix credibile est etiam integra genuini commenti Donatei lemmata in Terentianorum codicum margines esse translata. Immo veri est simillimum singula scholia variis notis cum iis ad quae pertinebant poetae verbis coniuncta fuisse; deinde eum qui scholia descripsit, ut unum corpus efficeret, praefixisse ea comici verba, quibus eadem quae scholio nota adscripta erat. Hinc factum, ut haud raro falsa scholiis lemmata praeponerentur — quae additis †† significavi —; hinc porro factum, ut lemmata modo hanc modo hanc Terentiani textus recensionem sequerentur; hinc denique factum, ut interdum aliam in lemmate, aliam in ipso scholio Terenti memoriam inveniremus (cf. 'Studi ital.' III 335 sq.; 341 sq.; 358 sqq.). Quae si reputaverimus,

facile concedemus ex lemmatis de ea quam ipse Donatus secutus sit textus recensione nihil certi colligi posse, quippe quae nihil indicent nisi quae fuerit in iis, quibus olim scholia adscripta erant libris Terentianis textus condicio; quos libros intra IV et VI saeculum collocandos esse per se patet. Maiorem fidem habent ea, quae ex ipsis scholiis eliciuntur, quamquam ne hic quidem de Donatea origine satis constat; praeterea non neglegendum ex memoria scholiastam afferre potuisse poetae verba. Sed haec monuisse sufficiat, nam si ad singula nunc descendere vellem, vereor ne terminos huius praefationis longe excederem. Attamen pauca videntur esse addenda. In codicibus enim Donatei commenti saepius singulis scaenis personarum notae praepositae sunt, quae quin ex illis de quibus supra dictum est libris Terentianis derivatae sint, vix potest dubitari: quas integras referre e re visum est.

Andria

- I 2 DAVVS SIMO *A*, SIMO *T*
- 3 DAVVS *ATC*
- 4 (*Mysis?* *A*)
- 5 MISIS *A*
- II 1 CARIN9 BIRRIA PAMPHILVS
AT
- 2 DAVVS CHARINVS PĀPHILVS
AT
- 3 Pamphilus dauus *AT*
- 4 Simo dauus · PAMPHILVS
AT
- 5 BYRRIA ET IDĒ · *A*, (tres
add.) *T*
- III 1 MISIS · DAVVS SIMO LESBIA *A*,
(M-S-D-L-) *T*
- 2 lesbia simo · DAVVS *A*
- 3 SIMOON · REMIS *A*
- 4 DAVVS Simo *AT*
- 5 Pamphilus · Dauus · *AT*
- IV 1 CHARINVS PAMPHILVS DAVVS
AT
- 2 MISIS PAMPHILVS CHARINVS
DAVVS *AT*
- 3 MISIS *A*

- 4 chremes MISIS · DAVVS *AT*
- 5 CRIGO MYSIS · DAVVS *A*,
(crito) *T*
- V 1 SIMO CHREMES *A*, Chremes
Senex Simo Senex *T*
- 2 DAVVS · CHREMES SIMO DRO-
MO *A*
- 3 PAMPHILVS · SIMO · CHRE-
MES *A*
- 4 CRITO SIMO PĀPHILVS *A*
- 5 CHARIN9 PAMPHILVS DAVVS *A*
- 6 DAVVS PĀPHILVS CHREMES *A*,
dauus pan · cre · *B*, da-
uus panphilus carinus *T*

Eunuchus

- I 1 Phaedria Parmeno *T*
- 2 Tais P̄oh; (!) PAR · *T*
- (II 1—III 1 *nihil apud Sabba-*
dinium adnotatum, sed
quin extant non dubium)
- III 2 Tais Traso gnato Par-
meno Pythias *T*
- 3 Chremes Pithias *T*
- 4 Antipho *T*
- 5 Cherea Anthifo *T*

Eunuchus

- IV 1 doris *T*
 2 phedria *T*
 3 Phitias dorias phedria *T*
 4 phedria pithias *T*
 5 Chremes pithias *T*
 6 Tais pithias Cremes *T*
 7 Traso Gnato Cremes
 Thais *T*
 V 1 Tais Phitias *T*
 2 Chaerea phitias Thais *T*

Adelphoe

- I 1 MICIO SENEX *A*

Hecyra

- I 1 philotis syrus parmeno *C*
 IV 1 mirrina phidippus *B*
 2 sostrata pamphilus *B*
 V 1 bachis laches *B*
 2 phidippus laches bachis *B*

Phormio

- I 3 ANTIPHO PHEDRIA *R*
 4 GETA ANTIPHO PHEDRAA *R*
 II 1 DEMIPHO SENEX *R*
 2 PHORMIO *R*
 4 DEMIPHO *R*
 III 1 ANTIPHO *R*
 2 PHEDRIA *R*
 IV 1 DEMIPHO CHREMES *R*
 3 ANTIPHO *R*
 V 1 SOPRONIA *R*
 3 DEMIPHO *R*
 9 NASISTRATA *R*

E codice *V* neque a Wissowa neque a Sabbadinio quicquam enotatum est; cur deteriores libros neglexerim, non est quod demonstrem.

Deinde alia res commemoranda: interdum enim scaenarum distributio in codicibus commenti nostri differt ab ea, quam Terenti libri testantur. Novae scaenae initium apparet Andr. IV 3, 7; Eun. V 4, 21; Hec. III 1, 38; Phorm. III 3, 7; econtra nova scaena non indicata est Ad. V 5 (*sic V dett.*); Ad. V 8 (*sic C*); Ad. V 9; Hec. IV 3 (*sic C*); Phorm. III 3, 1; Phorm. IV 2; Phorm. V 7. Ad Phorm. III 3, 1 et 7 res ni fallor librario tribuenda est, qui a QVID FACIAM versus primi aberravit ad QVID FACIAM versus septimi. Cf. etiam Rabbow p. 335.

Iam cum ad finem pervenerim, restat ut gratias agam in primis Georgio Wissowa, qui cum me in Donati commentum operam studiumque conferre comperisset, non modo quod olim ceperat novae editionis parandae consilium depositus, verum etiam quas ipse confecerat collationes humanissime mihi concessit; eodem intercedente factum est, ut Schopeni et Reifferscheidii schedae amplissimae ab huius uxore comiter mihi traderentur. Deinde gratissimo profiteor animo, quantum debeam liberalitati

eorum, quorum curae commissae sunt bibliothecae Bernensis, Dresdensis, Florentinae et Laurentiana et Ricardiana, Gottingensis, Ienensis, Leidensis, Oxonienses et Bodleiana et Lincolnensis, Parisiensis. Nec possum reticere, quantam apud me gratiam inierint qui et re et consilio benigne me adiuverunt viri doctissimi H. Graeven, R. Hirzel, Ch. Hoeing, R. Kauer, I. Kurth, W. M. Lindsay, P. Rabbow, E. Rostagno, R. Sabbadini, Fr. Spiro, M. Warren. Quantum vero me obstrinxerint sibi viri humanissimi semperque erga me benevolentissimi Georgius Goetz et Fridericus Schoell, qui plagulas corrigendas suscepserunt, saepissime dubitationes aut moverunt aut removerunt, per multa felici coniectura restituerunt, vix possum proloqui.

Scr. ad Bremae portum Kal. Febr.

P. W.

VITA TERENTI

A = cod. Paris. lat. 7920 s. XI (*correcturae, ubi nihil adnotatum, a man. 1*).

B = cod. Vatic. Regin. lat. 1595 s. XIII (*inc. Andria II 1, 21; v. praef.*).

T = cod. Vatic. lat. 2905 s. XV (*v. praef.*).

C = cod. Oxon. Bodleian. Canon. lat. 95 s. XV (*inc. Euanth. I 2*).

F = cod. Florent. Marucell. C 224 s. XV.

V = cod. Vatic. Regin. lat. 1496 s. XV (*litterae inclinatae = man. 2 in rasura; v. praef.*).

D = cod. Dresd. Dc. 132 s. XV.

L = cod. Leid. Voss. lat. Q. 24 s. XV.

P = cod. Paris. lat. 7921 s. XV.

dett. = *DLP*.

M = cod. Cesen. Malatest. XXII. 11. V s. XV (*man. 4 Graeca suppl.*).

schol. Bemb. = scholia marginalia cod. Vatic. lat. 3226 Terenti.

" *Vatic.* = " " " Vatic. lat. 3868 "

" *Victor.* = " " " Laur. XXXVIII 24 "

" *Paris.* = " " " Paris. lat. 7899 "

ed. pr. = editio princeps Veneta s. a. (Vindelini Spirensis).

Calph. = " Calphurnii Taruisiana 1477.

Steph. = " Rob. Stephani Parisina 1536.

Lindenbr. = " Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.

Westerh. = " A. H. Westerhovii Hagana 1726.

Klotz = " R. Klotzii Lipsiensis 1838.

W. = Wessner.

* * * * lacunam significat.

1 Publius Terentius Afer Carthagine natus seruiuit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manu missus est. quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter 5 finem secundi Punici belli et initium tertii <et> natus sit et mortuus: nec, si a Numidis uel Gaetulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisse nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coepto.

2 Hic cum multis nobilibus familiariter uixit, sed 10 maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur: quod et ipsum Fenestella arguit contendens utroque maiorem natu fuisse, quamuis et Nepos aequales omnes fuisse tradat et Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat

15

1 Publius] P. V | terrentius T | affer A | cartagine A T, Kartagine F | seruit A || 2 terretio T | senatore A, senatori// (i ex e corr.) T | ob genium T | non et formam F || 3 et] etiam V | mature A || 4 est om. T | quidem A, quidam (a in ras.) T || 5 in fine TFV || 6 et initium tertii hic om. V | tercii A, tecii T | et add. Ritschl | sit] est A TF || 7 et <initio tertii> mortuus V | ne si T, .n. F | animidis A | uel Schoell: et codd. | getulis TF, gentulis V, geturis A | sic F | ad—potuisse (adducere romanum potuisse peruenire F)] ad dominum Romanum peruenire potuisse Gronov (Ritschl, Fleckeisen, Dziatzko), adduci Romam ibique uenire potuisse Schopen (Reiffersch.), adductum Romam uenire potuisse Mommsen || 8 commertio T, comertio F || 9 italiquos A, italos V | cartaginem A T, Kartaginem F | cepto codd. || 10 nobilibus ex nominibus corr. A || 11 C.] cum TFV | lelio TF || 12 concillatus F | et] ex A || 13 maiorem natus A, natu maiorem V || cor.
14 et] ex A, et (sscr. m. 2) V | equales A T | tradit TFV | et om. F | portius AF, potius T || 15 faciet F

'dum lasciuiam nobilium et laudes fucosas petit,
 dum Africani uocem diuinam inhiat auidis auribus,
 dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
 dum [se amari ab his credit] in Albanum crebro rapi-
 tur ob florem aetatis suae: 5
 suis postlatis rebus ad summam inopiam redactus est.
 itaque ex conspectu omnium <ubi> abit Graeciae in
 terram ultimam,
 mortuust Stymphali, Arcadiae <in> oppido. nil P<ublio>
 Scipio <tum> profuit, nil Laelius, nil Furius, 10
 tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime:
 eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
 saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus.'

3 Scripsit comoedias sex, ex quibus primam Andriam
 cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio recitare ad ce- 15
 nantem cum uenisset, dicitur initium quidem fabulae,

1 lasciuam *A*, lasciuias *T* | fucosas (fuſcosas *V*) laudes
TFV || 2 uocem diuinam *Muretus*: uoce diuina *FV*, (-na//) *T*,
 uocē dum & *A* | inhiat] inh|||||| (inhyat *suppl. m. rec.*) *T*, in
 huius & *A* | //uidis (a *suppl. m. rec.*) auribus *T*, auribus aui-
 dis *V* || 3 Philum *Roth*: fixum *A*, furium *TFV* | se om. *V* |
 centare *A*, coenitare *V* | lelium *AT*, Lelius *F* | putat pulchrum
 (pulcrum *T*) *TFV* || 4 se — credit (credat *A*) secl. *Ritschl* |
 crebro in albanum (-nis *F*) rapit² (rapi *TFV*) codd., corr.
Ritschl || 5 ob] ad *FV* || 6 suis postlatis *Ritschl*: post sublatis
A, ipsus sublatis *TFV* || 7 ex] e *TV*, om. *F* | ubi add. *Bergk* |
 abit] abiit *TFV* | Graeciae in terram *Bothe*: greciam in ter-
 ram codd.; in Graeciam terram *Scaliger* (*Ritschl*) || 9 mortuus
 est infalo *A*, mortuus est in phalo *TFV*, corr. *Bergk*; mor-
 tuos Stymphalist *Ritschl* | archadiae codd. | in add. *Roth* |
 opido *AT* | nichil *A*, nihil *TFV* | Publio *Ritschl*: *P. codd.* ||
 10 tum add. *Dziatzko* | <ei> profuit *A*, profuit in mg. *V¹*, om.
TF | nil] nihil illi *A*, nihil ei *TFV* | lelius *ATF* | nihil
 codd. | Furius tres] simimistros (Furius Tres in mg. Daniel) *A* ||
 11 id *Wolf*: idem codd. | facillime *A* || 12 operam *TFV* | ha-
 buit] si abuit *A* | conducticiam *A*, conductuciam *T*, conducti-
 ciām *FV* || 13 obitus *F* | seruulo *A* || 14 comedias *ATF* ||
 15 edilibus *F*, edibus *T* | Caecilio *Hieron.*: caerio *A*, cerio
TFV | recitare — contemptiore] ore *A* | coenantem *V*, cenante
T, (coen-) *F* || 16 dicitur *MommSEN*: dictus est *V*, dictum est
TF | initium *Calph.*: initio *TFV*

quod erat contemptio uestitu, subsellio iuxta lectulum esidens legisse, post paucos uero uersus inuitatus ut ac cumberet cenasse una, dein cetera percurrisse non, sine magna Caecilii admiratione. et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probauit, quamuis Volcatius 5 <in> dinumeratione omnium ita scribat

‘sumetur Hecyra sexta, exilis fabula’.

Eunuchus quidem bis die acta est meruitque pretium, quantum nulla antea cuiusquam comoedia, id est octo milia nummorum. propterea summa quoque titulo ascribitur. <* * * * *> nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri.

4 Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione, eamque ipse auxit numquam nisi leuiter refutare conatus, ut in prologo Adelphorum (15 15 — 21)

‘nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
hunc adiutare assidueque una scribere:
quod illi maledictum uehemens esse existimant,
eam laudem hic dicit maximam, quom illis placet,

1 contemptio *F* | lectum *V* || 2 uersus <*lac. 3—4 litt.*> *A* |
inuitatus] incitauit *A* || 3 cenasse *F*, coenasse *V* | deinde
TFV | caetera *FV* | percurrisse *FV* || 4 magna *om.* *F* | caerii
A, cerii *TFV* | admitione *T* || 5 equaliter *AT* | uoleatius
V, uoleatius *ATF* || 6 in dinumeratione *Schopen* (*Ritschl*): de-
numeratione *A*, de enumeratione *TV*, de enuntiatione *F* |
ita scribit *in mg.* *V* || 7 sumeretur *T*, sumeret *F* | hec ira
A, hechirra *TF* | exilis *Bergk*: ex his *codd.* || 8 die] deinceps
Ritschl | precium *A* || 9 quanta *T* | cuiusque *ATF* | comedie
ATF | id est *del.* *Ritschl* || 11 *lac. sign.* *Wolf* || 12 prefert
A, profert *V* | menandri (i *ex o corr.*) *A* || 14 lelio *TF* | ^s*ci-*
pione A | eamque *Schopen*: namque *A*, eandemque *TFV* ||
15 refutare] se tutare *TF*, se ditari (*corr. m. 2*) *V*; refutare
<eam> *Dziatzko* | conatur *TV* || 17 ipsi *ATF* | maliuoli
TFV || 18 hunc] eum *Terenti codd. et Don. Ad. prol. 16* ||
19 uehe mens (h *ex r corr.*) *A* || 20 hinc *F* || duxit *F*, dux *T* |
quom] quod *codd.* | placeat *TF*

qui uobis uniuersis et populo placent,
 quorum opera in bello, in otio, in negotio
 suo quisque tempore usus est sine superbia.¹
 uidetur autem leuius <se> defendisse, quia sciebat et
 Laelio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem,⁵
 quae tum magis et usque ad posteriora tempora ualuit.
 C. Memmius in oratione pro se ait 'P. Africanus, qui a
 Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, no-
 mine illius in scaenam detulit.' Nepos auctore certo com-
 perisse se ait C. Laelium quondam in Puteolano kalendis¹⁰
 Martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet,
 petisse ab ea ne interpellaretur seroque tandem ingress-
 sum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi
 successisse, deinde rogatum ut scripta illa proferret, pro-
 nuntiasse uersus, qui sunt in Heautontimorumenō (IV 4, 1)¹⁵
 'satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.'
 Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiu-
 toribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti po-

1 qui] quid A, quod (?) F | uobis om. TF || 2 ocio F
 3 quasque A | tempore usus est] usus est tempore V, usus
 est ATF || 4 leuius se Ritschl: se leuius in ras. V², laelius
 autem A, lelius TF | solebat F | et Laelio et Scipioni Fleck-
 eisen: ex laelio ex scipionis A, et lelili et scipionis TTVF ||
 6 que A | tum Ritschl: tamen codd. | et om. F || 7 C. memius
 A, Q Memius T, Q. Memmius FV | pro se ait] pro se A
 (Schopen, Ritschl) | qui a V, (ex quia corr.) F, quia AT; in-
 quit a Schopen (Ritschl) || 8 terrentio T | mutuans F | que
 Aemulus erat ipse A || 9 cenam AT, coenam F, scoenam V |

C
 cerio V || 10 C.] Q. TF, Q. (corr. m. 2) V | lelium TF | qdam
 (d in ras.) T | putetlano A, putelano TF | kalendis] kt V,
 Hjs F || 11 martis A | temporius (o ex e corr.) V | ut] et T |
 discumbere F || 12 petuisse TTVF | interpellaret A, interpell-
 eatur F, interpollaretur V | seroque] serius TTVF | ingressus
 TTVF || 13 sepe||||| (ad eras.) T || 14 successisse (ex corr. V²)
 sibi TTVF | illi F | <...> pronuntiasse F || 15 ine autonti
 monumeno A, in eutontūm T, in eutontiam F, in eautentu-
 merumenos V || 16 siri TF | buc (u ex ū corr.) T || 17 Santra
 Erasmus: satra AFV, sacra T | terentius F, terrentium T |
 exist (!) T | modo in ras. V² | auditoribus F || 18 lelio TF

tuisse, qui tunc adulescentuli fuerint, quam C. Sulpicio Gallo, homine docto et quo consule Megalensibus ludis initium fabularum dandarum fecerit, uel Q. Fabio Labeone et M. Popillio, consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non iuuenes designare, qui se adiuuare dicantur, sed uiros, quorum operam et in bello et in otio et in negotio populus sit expertus.

5 Post editas *<sex>* comoedias, nondum quintum atque uicesimum egressus annum, animi causa et uitandae opinionis, qua uidebatur aliena pro suis edere, seu perciendi Graecorum instituta moresque, quos non perinde exprimeret in scriptis, egressus *<urbe>* est neque amplius rediit. de morte eius Volcatius sic tradit

'sed ut Afer populo sex dedit comoedias,

iter hinc in Asiam fecit. *<in>* nauem ut semel
conscendit, uisus numquam est: sic uita uacat.'

Q. Cosconius redeuntem e Graecia perisse in mari dicit

1 qui — fuere sscr. *V²* | adolescentuli *F V* | fuerint *Ritschl* ||
fueſt *A*, fuere *TFV* | *C.*] *Q. TV*, *Q. quam F* | *sulpitio A TV* :
2 hominē *T* | et quo consule Megalensibus *Ritschl*: et cuius
(qui *V*) consularibus (-laminibus *F*) *codd.* || 3 Cecerit (!) *F* |
uel] idem *F* | *Q.*] quinto *A* | labiene *A*, labione *TF* || 4 *M.*]
ma. F, *m/// T* | Popillio *Muretus*: popillo *A*, pōpilio *TF*, pom-
pilio *V* | *ac*] et *V* | ideo] deo *A* || 5 designare sscr. *V²* | adiu-
uaret *TF* | dicantur *Ritschl*: dicuntur *AT*, dicunt *F*, dicerent-
tur *in ras.* *V²* || 6 ocio *F* || 8 editas *F* | *sex add.* *Baehrens* | co-
medias *ATF* | nondum] non iam *F*, *lac.* 6 litt. *T*, om. *V* || 9 in-
cesimum *A*, uigesimum *T*, trigesimus *F*, *XXX V* | ingressus
Ritschl | animi om. *TFV* | et uitandae] 7 (= et) uitande *A*,
uitandae *V*, -de *TF*; seu uitandae *Dziatzko* || 10 qua *Hareus*:
qui *A*, quia *TFV* | aedere *F* | percipiendi *dett.*: percipienda
ATF, ad percipienda *V* || 11 grecorum *AT* | institua *T* | non
om. *TFV* || 12 urbe *add.* *Muretus*; an in Graeciam *<pro-
fectus>* est? | amilius *F* || 13 redite *A* | uulcatius *ATF* ||
14 dedit comedias *TF*, comedias ded̄. *A* || 15 itē hinc in asia
faecit *A*, inte// hinc in as// fēc (inter et asiam *suppl. m.
rec.*) *T* | *<in>* nauem ut *Schoell*: nauem (-im *TFV*) ut (cum *V*)
codd.; ut nauem *Buecheler*, nauem autem ut *Ritschl* || 16 coscen-
dit *F* | nusquam *V* || 17 Quintus *A* | cōsentius *T*, is Contius *F*,
cōsentius *V* | grecia *TF* | periisse *TFV* | mari] sinu Leuca-
diae hic ins. *Fleckisen*; cf. *infra* | dicitur *F*, om. *A*

cum [C et VIII] fabulis conuersis a Menandro; ceteri mortuum esse in Arcadia Stymphali † siue Leucadiae † tradunt Cn. Cornelio Dolabella M. Fuluio Nobiliore consulibus morbo implicitum aut ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum, quas in naue praemiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat.

6 Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit, item hortulos XX iugerum uia Appia ad Martis [uillam]. quo magis miror Porcium scribere 10

‘Scipio nil profuit, nil Laelius, nil Furius,

tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime: eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam, saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus.’

7 Hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert 15 scribens in Compitalibus (*Ribb. com.³ fr. 2*)

‘Terenti num similem dicetis quempiam?’

Volcatius autem non solum Naeuio et Plauto et Caecilio,

1 cū · C. & VIII. AV, cum centum et octo TF; cum (C et VIII del.) *Ritschl*; cf. *Gell. XVII* 4, 4 | a] e V | caeteri AF | 2 esse — Cornelio om. F | archadia ATV | <in> stymphali V | siue leucadie A, sinu leucadie T, (-diae) V || 3 Cn.] · c. n. A,

gn. T | dolobella TF | M.] in. A, et M. (sscr. m. 2) V | nobilior F | cons̄ V, consunts A || 4 implicitam A | aut ex *Schoell*: ac ex A, acri rell. | tedio ATF || 5 sarcinarum] satirarum T, satyrarum FV | quas (in quos corr. m. rec.) T | nauem A, nauim TV, nauī F, corr. *Ritschl* || 7 corpore om. F || 8 reliquid ATF | que F | post om. TFV | Romano] r. V || 9 ortulos TFV | uillam secl. *Schopen* || 10 portium ATF || 11 nil 1. et 2.] nichil A, nihil TF | lelius TFV, ledius A | nil V, om. ATF | 12 tres — facillime del. *Ritschl* | idem *codd.* | facilime T | 13 operam TFV | ne “domum” quidem V | conductitiam FV | 14 saltem — seruulus del. *Ritschl* | esse F | referet A, refert F | domini om. F || 15 aframus A | praeferrit TFV || 16 compitalibus T || 17 terentii A, terentio T, terentio V, om. F | num *Buecheler*: non A, in mg. V², om. TF | dicetis *Buecheler*: dicens *codd.*; dicent *Ribbeck* | quepiam A || 18 uulcatius TF, uulcanus A | neuio *codd.* | ex plauto ex A | cecilio F, cecilio AT

sed Licinio quoque et Atilio postponit (*cf. Gellius XV 24*).
Cicero in Limone hactenus laudat

'tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conuersum expressumque Latina uoce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens,'
item C. Caesar

'tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
poneris, et merito, puri sermonis amator.
lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret uis,
comica ut aequato uirtus polleret honore
cum Graecis neue hac despctus parte iaceres!
unum hoc maceror ac doleo tibi deesse, Terenti.'

8 Haec Suetonius Tranquillus. nam duos Terentios poetas fuisse scribit Maecius, quorum alter Fregellanus 15 fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur.

9 Scipionis fabulas edidisse Terentium †Vallegius in actione ait

1 licinio] liuio *TFV* | actilio *TF*, accilio *V* || 3 terenti *T* || 4 conuersus expressus que *F* || 5 in medium nobis] in diuum *F*, medium *T*, in medium certe *V* | motibus *Barth*: uocibus *codd.* | effert *F* || 6 qui^adam *A*, quid quod *TFV* | loques *F* | ac *TFV* | omnia] ò *F* | dicens] miscens *Ritschl* || 7 item *om.* *TFV* | *G.* *TF* | cesar *AT* || 8 tu in summisso dinudiate *A*, non tam summisso (dimisso *T*, submisso *F*) dimidietate (dimed- *F*) *TFV*, corr. *Steph.* || 9 ponderis (d in n corr. ut uid. m. 1) *A* || 10 adiucta *T* || 11 ut *om.* *T* | equato *AT* || 12 grecis *T* | neue *Roth*: neque *codd.* | despctus *Calph.*: despcta ex (ex *V*) *codd.* | iacens *F* || 13 maceroy. audoleo *A* | deesse *TV*, decesse *F*, derē *A* | terrenti *T* || 14 hec *T* | terrenios poetas *T*, terentios poetas *A*, poetas terentios *F* || 15 mae-
tius *A*, metius *TFV* | flagellanus *AT*, flegellanus *V* || 16 ter-
rentius libo *T* | Terentius 2. *om.* *T* || 18 fabulas (s m. 2) *V*, fa-
bulis *T* | aedidisse *F* | terentius *TV*, terrentius *T* | uallegius (le del. m. rec. in *A*) *codd.*; Volcacius *Buecheler* (olim *Vagellius*; sic etiam *Ribbeck* et *Schanz*) | in actione] natione *TFV*

'tuae, <Terenti>, quae uocantur fabulae,
cuiae sunt? non has, iura qui populis dabat,
summo <ille> honore affectus fecit fabulas?'

10 Duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comicō, Phormio et Hecyra, quattuor reliquae a Menandro. 5 ex quibus magno successu et pretio stetit Eunuchus fabula, Hecyra saepe exclusa uix acta est.

1 tuae *Windischmann*: hae *AFV*, he *T* | Terenti *add.*
Fleckisen | quae *T* || 2 cuię *A*, cuię *F*, cuię *V*, siue *T* | iura
 qui *Ritschl*: qui iura *codd.* | populis *Ritschl*: populis retentibus
 (u et retentibus *del.*, in *mg.* terentius *adscr.* *Daniel*) *A*, popu-
 lis recensentibus *TFV* || 3 ille *add.* *Ritschl* || 4 due *T* | trans-
 late *A T* | dicuntur] *** *F* | comicō] caricio (uel -tio) *Vita*
Ambros.; Carystio *Havet* || 5 formio *T* | et hechirra *F*, et
 echirra *TV*, ekyra *A* | relique *A* || 6 successu magno *F* | pre-
 cīo *A* | euimcus *F* || 7 haec ira *A*, hec echirra *T*, hec echirra
V, haec hechirra *F* | sepe *A* | ata *A*

EVANTHIVS

DE FABVLA

EXCERPTA DE COMOEDIA

⟨EVANTHIVS DE FABVLA⟩

I 1 Initium tragoeidiae et comoediae a rebus diuinis est incohatum, quibus pro fructibus uota soluentes operabantur antiqui.

2 namque incensis iam altaribus et admoto hirco id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, 5 tragoedia dicebatur: uel ἀπὸ τοῦ τραγοῦ καὶ τῆς φόδης, hoc est ab hirco hoste uinearum et a cantilena — cuius ipsius rei etiam apud Vergilium (*Geo. II 380 sq.*) plena fit mentio —, uel quod hirco donabatur eius carminis poeta, uel quod uter eius musti plenus sollemne prae- 10 mium cantatoribus fuerat, uel quod ora sua faecibus perlinebant scaenici ante usum personarum ab Aeschylo repertum; faeces enim Graece dicuntur τρόύγες. et his quidem causis tragediae nomen inuentum est.

3 at uero nondum coactis in urbem Atheniensibus, 15 cum Apollini Νομίῳ uel Ἀγνιαίῳ, id est pastorum uico-

1 Initium — 6 tragedia desunt in C | tragedie T | comedie A || 2 est incoatum A, ex inchoatum T || 4 ammoto V | hyrco A || 6 uel ΔΠΟ·ΤΟΥ·ΤΡΑΓΟΥΚΑΙ·ΤΗC ΟΔΗC A, uel ἀπὸ τοῦ τραγοῦ V, * * * * * * * T, uel * * * * * F, unde ⟨ἀπὸ τοῦ τραγοῦ (in mg. καὶ τῆς · δῆς) nomen accepit⟩ (*suppl. m. 3*) C || 7 est om. A | eius TFC || 8 etiam rei C, rei est F | plenā A || 9 sit TC | hyrco A, ⟨ab⟩ hyrco F || 10 quod om. F | sollempne A, solenne V || 11 cantoribus V | perlubant V || 12 signici A, senici T | escilo A, eschilo rell. | refertum T || 13 foeces A, feces (c ex r m. 2) C | dicuntur triges AF, dicuntur Iles T, iles dicuntur V, dicuntur C | et] ex? | his om. C || 14 ⟨de⟩ causis Schopen | est ⟨· g · * * * *⟩ C || 15 uera A | athenirasibus A || 16 apollinis F | nomio ATCV, nomine F | uel Ἀγνιαίῳ Schopen: uel ΔΦΥΔΘΩ A, om. rell. | id est bis A | uicorumue Schopen: uicinorum A, uicinorumue (-que V) rell.

rumue praesidi deo, instructis aris in honorem diuinæ rei circum Atticae uicos uillas pagos et compita festiuum carmen sollemniter cantaretur, ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ωδῆς comoedia uocitata est, ut opinor, a pagis et cantilena composito nomine, uel ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ὄδειν, 5 quod est comessatum ire cantantes. quod appotis sollemni die uel amatorie lasciuientibus [choris comicis] non absurdum est.

4 itaque, ut rerum ita etiam temporum reperto ordine, tragœdia prior prolata esse cognoscitur. nam ut ab in- 10 cultu ac feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem urbesque sunt conditae et uita mitior atque otiosa processit, ita res tragicæ longe ante comedias inuentæ.

5 quamuis igitur retro prisca uoluentibus reperiatur 15 Thespis tragœdiae primus inuentor et comediae ueteris pater Eupolis cum Cratino Aristophaneque esse credatur, Homerus tamen, qui fere omnis poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla praebuit et uelut quan-

1 praesidi *om. A* | constructis *TFCV* | acris *F* | diuinē *A* ||
 2 circum] ut cum *F* | actice *TFC¹*, (atticę *C²*) | uices *A* | contia
CF (corr. *C²*), contra *T* | festiuum *A*, festum *rell.* || 3 sollempni-
 ter *A*, so// lēmt² *C*, solenditur *T*, solenniter (soll- *F*) *FV* | can-
 taret *TFC*, cantarent *V* | ΔΠΑΤΩΝ · ΚΩΜΩΝ · ΚΔΙ · ΤΗΚΩΔΕ
A, i· * * * * * * * * * *TFCV* || 4 comoedia — 5 ὄδειν *om. T*
CFV | comedie *A* || 5 composeit nomine *A* | utulω · ΤΟΥ ·
 ΚΩΜΔΞΕΙΝ · ΚΔΙΝΔΕΙΝ · *A* || 6 comessatu (cōmessatū *T*) mire
 (inire *T*, mirce *F*) *codd.* | appotis *Leo*: a potis *TFV*, apótis *C*,
 a poetis *A* | sollempni *A*, solenni *V*, sollenni *F*, sollendi *T* || 7 cho-
 ris (coris *T*) comicis secl. *Leo* || 10 prior] priorū *A*, *om. rell.*;
 primo ed. pr., primum *Leo* | ab *om. A* | incultu at feris *C*, in
 cultua conferes *A* || 11 prolatum est *A* || 12 urbēque *T* | et *om.*
TFCV | uita canitior *C* || 13 tragicie *A* | anteq² *C* || 15 retio *T* |
 uolentibus *A* || 16 Tespis *TFC*, thephis *A* | tragœdiae post
 inuentor *F* | comedię *A* || 17 gratino *A*, Clatino (corr. m. 2) *C* |
 aristofaneque *A*, Aristophoneque *C*, aristophoneque *T* | esse
 sscr. *C* | credantur *V* || 19 etiam] et *C* | his † (!) *V* | quadam
 (quedam *TFC*) suorum (suam *A*) operum (opererum *C*) lege
 (*om. T*) *codd.*, corr. *Schopen*

dam suorum operum legem praescripsit: qui Iliadem ad instar tragoeiae, Odyssiam ad imaginem comoediae fecisse monstratur. nam post illius tale tantumque documentum ab ingeniosissimis imitatoribus et digesta sunt in ordinem et diuisa cuncta, quae etiam tum temere scribebantur, ad-⁵ hoc impolita atque in ipsis rudimentis hautquaquam, ut postea facta sunt, decora atque leuia.

6 postquam demonstrandae originis causa de utriusque generis initio diximus, quod necesse est iam dicamus, adeo ut ea, quae proprie de tragoezia dicenda sunt, titulo¹⁰ propositi nunc operis instantes in alia tempora differamus et de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est.

II 1 Comoedia fere uetus ut ipsa quoque olim tragoezia simplex carmen, quemadmodum iam diximus, fuit, quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus nunc consistens¹⁵ nunc reuoluens gyros cum tibicine concinebat.

2 sed primo una persona est subducta cantatoribus, quae respondens alternis id est <***> choro locupletauit uariauitque rem musicam: tum altera, tum tertia, et ad postremum crescente numero per auctores diuersos personae,²⁰ pallae, coturni, socci et ceteri ornatus atque insignia scae-

1 perscripsit *FCV* | iidiadem *A*, yliadem *C* | ad *om.* *T*
FCV || 2 istar *F* | odissiam *ATFC¹*, odisseam *VC²* | ad
sscr. C | comedie *A* || 3 monstrat *F* | cantumque *F*, tantum
 quod *T* | documentum *om.* *T* || 4 ab ingeniosissimū et mi-
 tatoribus *T* || 5 cuncta quae *Leo*; sunt ea quae *ATFC*, que
V || 6 radimentis *F* | haud *TFCV* | quamquam *TFC* ||
 7 ac *V* | leuia dett.: lenia *ATFCV* || 8 postquam — 9 dicamus^{post} 12 imitatus est *in codd., transp. Leo* || 9 dissimus (*sic*
 et 14) *T* || 10 adeo ut] atque *V* | ea *om.* *T* | que// *T, om. F* |
 propria *TC* | ^{de} titulo (*sscr. m. 2*) *V* || 11 propositi (*ex praep-
 corr. C, praep- F*) operisue instantis *TFCV* | in ^{alia} tempora
 (*sscr. m. 2*) *V*, in aliam horam *F* || 12 deis (ei *in ras. m. rec.*) *T* |
 iam *om. F* || 13 feruetus *A* | ut *om. F* || 14 fuit *om. F* || 15 fir-
 mantes *F* | spaciatur *A* | nunc consistens *om. TFCV* || 16 gi-
 ros *TFCV* || 17 prime *F* | subducta est *TFCV* | cantoribus
A V || 18 id est <*ἐπορεινομένη*> *Schoell*; *ἀμοιβαίως* id est alter-
 nis *Schopen* | coro *T* | locuplectauit *C* | uariantque *A*, uariat
 utque *T* || 20 auctores *V*, autores *C*, actores *A* || 21 conturni *A* |
 <*i*> socchi *T, om. F* | scenicit *A*

nicorum reperta et ad hoc unicuique suus habitus: et ad ultimum, qui primarum partium, qui secundarum tertiarumque, *qui* quarti loci atque quinti actores essent, distributum et diuisa quinquepartito actu est tota fabula.

3 quae tamen in ipsis ortus sui uelut quibusdam incunabulis et uixdum incipiens ἀρχαία κωμῳδία et ἐπ' ὄνόματος dicta est: ἀρχαία idcirco, quia nobis pro nuper cognitis uetus est, ἐπ' ὄνόματος autem, quia inest in ea velut historica fides uerae narrationis et denominatio ciuium, de quibus libere describebatur. 10

4 etenim per priscos poetas non ut nunc facta penitus argumenta, sed res gestae a ciuibus palam cum eorum saepe qui gesserant nomine decantabantur, idque ipsum suo tempore moribus multum profuit ciuitatis, cum unus quisque caueret culpam, ne spectaculo ceteris exstitisset et 15 domestico probro. sed cum poetae licentius abuti stilo et passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame componeret lata legē siluerunt.

5 et hinc deinde aliud genus fabulae id est satyra 20

1 reperta ed. pr. (-te dett.): repetita *ATFCV* | et om. *F* ||
 2 qui 2. del. *Leo* | secundarum *Leo*: secundarum partium (partium *V*, **** * *F*) *codd.* || 3 qui add. *Reiff.* | atque] et *V* |
 quinti *Reiff.*: quintarum *codd.* (*Leo*) | auctores *A* | distributa
TFCV || 4 diuersa *C* | quinquepartita *TFCV* | actu *Schopen*:
 actū *A*, acta *V¹FC²*, del. *V²*, om. *TC¹* | est om. *F* || 5 *<in>*
 quibusdam *C* | incunabilis *T*, cunabilis *A*, amabilis *F* || 6 uix
 dicem *C*, uix digne *V* | ΔΡΧΜΔ·ΚΩΜΩΙΔΙΔ ΕΤ ΕΠΟΝΟΜΔ-
 ΤΟC· *A*, ***** * *TFCV* || 7 archea *ACV*, archia *T*,
 archa *F* | idcirco (o ex a corr.) *A* | pernuper *TC*, parumper
 (in mg. uel per nuper m. 2) *V* || 8 uetus *Dziatzko*: uitiis (-ciis
T) *codd.* | est om. *TFCV* | Eronomatos autem *A*, *****
 aut *TFCV* | in ea *C* | uelu *A* | istorica *A*, ystoria *T* || 9 ci-
 uiuum] omnium *TFCV* | de sscr. *C¹* || 11 per *V* | nunc
 facta poenitus *A*, non penitus facta *TFC*, penitus non facta *V* ||
 13 id quod ipsa *TFCV* || 14 ciuitatibus (-tib⁹ *V*) *codd.* ||
 15 cauerit culpa *TFC* | nec *F* || 17 ne quam *A* || 18 crimen
ATCV | infamie *TV*, infamie *FC* | poneret *TFCV* ||
 19 siluer̄ *A* || 20 deinde in mg. *C* | satira *TC*

sumpsit exordium, quae a satyris, quos in iocis semper ac petulantiss deos scimus esse, uocitata est, etsi *⟨alii⟩* aliunde nomen praeputant habere. haec satyra igitur eiusmodi fuit, ut in ea quamuis duro et uelut agresti ioco de uitiis ciuium, tamen sine ullo proprii nominis 5 titulo, carmen esset. quod idem genus comoediae multis offuit poetis, cum in suspicionem potentibus ciuium uenissent, illorum facta descriptsse in peius ac deformasse genus stilo carminis. quod primus Lucilius nouo conscripsit modo, ut poesin inde fecisset, id est unius carminis plurimos libros. 10

6 hoc igitur quod supra diximus malo coacti omittere satyram aliud genus carminis *νέαν κωμῳδίαν*, hoc est nouam comoediam, repperere poetae, quae argumento communi magis et generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret et minus amaritudinis specta- 15 toribus et eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro.

7 ut igitur superiores illae suis quaeque celebrantur auctoribus, ita haec *νέα κωμῳδία* cum multorum ante ac 20

1 satiris *TC* | in iocis] in locis *CV*, in lotis *T*, in uocis (*in mg. al. intulos Daniel*) *A* || 2 *⟨agrestibus⟩* ac *V* | petulantes *codd.*, corr. *Leo* | uocitata (*in mg. uel initiata m. 2*) *V* | et*si C* | alii post putant add. *F* (*transp. W.*), om. *rell.* || 3 habere *V*, om. *rell.* | hoc *F*, haec *⟨quae⟩* *V* | satira *TC* | igitur] dicitur *TFCV* || 5 ioco] modo *TFCV* | nomine *TC* || 6 esse *C* | item (*in mg. ipsum m. 2*) *V*, ita *F* | multus *A* || 7 obfuit *TFCV* | in om. *F* | suspicionem *F* | ciuium] ciuibus *TF* *CV* (*Reiff.*) | uenisset *T* || 8 rescriptsse *TCV*, scripsisse *F* | in et *C¹* | in — deformasse om. *F* || 9 primo *TFCV* | Lucilius *TC*, Lutilius *F* || 10 poesim *V*, poesi *T* || 11 ammittere *F* || 12 satiram *ATC* | nean · *KΩΜΩΙΔΙΔΝ* *A*, ***** *TFCV* | nouas comedias *C* || 13 reperiere *TF*, reperiere *C*, reperirentur *A* || 14 generale *F* | qui *A*, sscr. *V²*, om. *TFC* || 15 pertinet² *A* || 16 et om. *T* | inultu *A* | dilectionis *F*, dilectionis *CV*, diltōis *T* || 17 sententius *A*, smis *T* || 19 igitur] dicitur *TFCV* | illa *F* | celebrauitur *CV*, -bant *F* || 20 · ne- *ΔΝ* · *KΩΜΩΙΔΙΔ* *A*, ***** *FV*, om. *TC* | ante hac *codd.*, corr. *Schopen*

postea, tum praecipue Menandi Terentique est. de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen uelut admonendi lectoris causa quod de arte comica in ueterum cartis retinetur exponere.

III 1 Comoedia uetus ab initio chorus fuit paulatimque personarum numero in quinque actus processit. ita paulatim uelut attrito atque extenuato choro ad nouam comoediam sic peruenit, ut in ea non modo non inducatur chorus, sed ne locus quidem ullus iam relinquatur choro. nam postquam otioso tempore fastidiosior spectator effectus est et tum, cum ad cantatores ab actoribus fabula transiebat, consurgere et abire coepit, res admonuit poetas, ut primo quidem choros tollerent locum eis relinquentes, ut Menander fecit hac de causa, non ut alii estimant alia. postremo ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt comicci, unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est.

2 tum etiam Graeci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. deinde Θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est deos argumentis narrandis machinatos, ceteri Latini ad 20

1 -que est om. *F* || 2 tamen] mihi *TF* || 3 quid *TCF* | in *om. TFCV* | ueteris *F* | chartis *F*, carnis *A* | retinentur *A*, etinētur *T*, rimentur *C*, timentur *F*, continentur *in ras. V²* || 5 <ut> ab initio *FCV*, (albinito) *T* || 6 personarum — paulatim *om. A* | quicunque *F* || 7 atrito *A*, atrito *FC* | atque] ac *V*, *om. T* || 8 non 2. *om. TF* || 9 iocus *A* | quidem *sscr. V²* | delinquatur *F* || 11 est et *Leo*: et *A*, est *V*, esset *TFC*; *secl.*

Goetz | tunc *TFCV* | cantores *A*, actores *TFCV* | actoribus (*sscr. m. 2*) *V* || 12 transibat *FC* | adire *TFCV* | coepit, res *Leo*: coepisset *A TCV* | coepisset — eis *om. F* | ammonuit *C*, ammonuit *T* || 13 coros *T* | tollerent *om. TCV* | eis *Steph.*: eius *codd.* || 14 hēc *A* || 15 aliam (alias *T*) postremo *TFC*, alii in p^roscaenio (r *sscr.*, ii et scae *in ras. m. 2*) *V* | relinquere^b *T*, relinquere^a *A* || 16 alios apud *C* | diromere *T* || 18 tum *Steph.*: cum *codd.* | nostrorum (*praeced. lac. T*)] oratorum *Schoell coll. Heaut. prol. 11, Hec prol. II 1; an eorum?* || 19 ΘΕΟΥΧΑΝΟΜΗΧΑΝΗC · *A, * * * * * TFCV*

instar Graecorum habent, Terentius non habet. ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, id est personas extra argumentum accersitas, non facile ceteri habent, quibus Terentius saepe utitur, ut per harum inductiones facilius pateat argumentum.

3 ueteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius egerunt, iambici uersus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio uincuntur resolutione huius metri quantum potest comminuti ad imaginem prosae orationis.

4 tum personarum leges circa habitum, aetatem, officium, partes agendi nemo diligentius a Terentio custodiuuit. quin etiam solus ausus est, cum in fictis argumentis fidem ueritatis assequeretur, etiam contra praescripta comica meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen et causa, cur bonae sint, et uoluptas per ipsum non defit.

5 haec cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quod et morem retinuit, ut comoediam scriberet, et temperauit affectum, ne in tragediam transiliret. quod cum aliis rebus minime obtentum et a Plauto et ab Afranio et ^tappio et multis fere magnis comicis

2 protastica prosopa (prosopa C) A TFC, προταστικὰς πρόσωπας (m. 2?) V || 3 accersitas T | non om. F | caeteri V, teneri F, exteri T | quibus om. V || 4 inductiones F || 6 ueterus F || 7 eger̄ A, om. TFC¹ (codd. Rufini); usi sunt sscr. C², in ras. V² (usi post etsi Rufini ed. pr.) || 8 tamen a Terentio om. F | inueniuntur F || 9 comminuti A | optationis F || 10 legis T | habitu A | offusae F || 11 a AT, om. FCV; cf. 'Arch. f. lat. Lex.' VII 125 sq. || 12 solus sscr. C², solius F | est ⟨solus⟩ C | cum] eum C, tum F | cum fidem (sscr. m. 2) V || etiam

13 quam (sscr. m. 2) C | praescriptura A, proscripta TFC || 14 introducere (pro del. V) TFCV || 15 et causa (-am A) post ipsum codd., transp. Leo | cum (?) T | uoluptates F | desit codd., corr. Schopen || 16 artificiosissime V, tificiosissima (!) A | cum TFC | illis ATFC || 17 et] in (in mg. et m. 2) C | morem]

meę est F || 18 ^aeffectum (sscr. m. 2) C || 19 quod DL (ed. pr.), quam A, quia TFCV | minime] munirie A || 20 ab om. T | Afranio TFCV | appio AF, (in actio corr. m. 2) V, Apio TC; a Pomponio Dziatzko. fort. et appio del. | magnus A

inuenimus. illud quoque inter Terentianas uirtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimicam uilitatem.

6 adde quod nihil astrusum ab eo ponitur aut quod 5 ab historicis requirendum sit, quod saepius Plautus facit et eo est obscurior multis locis.

7 adde quod argumenti ac stili ita attente memor est, ut nusquam non aut cauerit aut curauerit quae obesse potuerunt, quodque media primis atque postremis ita 10 nexuit, ut nihil additum alteri, sed aptum ex se totum et uno corpore uideatur esse compositum.

8 illud quoque mirabile in eo, primo quod non ita miscet quattuor personas, ut obscura sit earum distinctio, et item quod nihil ad populum facit actorem uelut extra 15 comoediam loqui, quod uitium Plauti frequentissimum.

9 illud etiam inter cetera eius laude dignum uidetur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis de-legerit ad scribendum. nam excepta Hecyra, in qua unius Pamphili amor est, ceterae quinque binos adulescentes 20 habent.

1 inueniemus *TFCV* | inter] in *TFC* | mirabiles *A* || 2 eo sscr. *C¹* | temperamento (o *ex u corr.*) *A* | ut neque om. *A* || 3 extuā escant *A*, extumescant (*u ex i m. 2*) *V* | tra- cam *TF* | obiciantur *T* | ad inimicā *A*, ad mīmīcam *V*, ad (*pro a corr. C*) mimicam (minicam *C*) <id est hysterionicam inde mimus id est hysterio (*in mg. C*)> *TFC* || 4 uilitatem om. *TF* *CV* || 5 astrusiam *F* | <*ab*> aut *A* | quod om. *A* || 6 historicis *A* || 7 lotis *A* || 9 ut cuiusquam *F* | non aut cauerit] cauerit *T* *FC*, ^{claudi} cauerit (sscr. m. 2) *V* | errauerit *V* | quae] quo// *F* || 10 quodque] tum quod *TFCV* || 11 noxuit *A* | aditum *A*, ^d aditum *C* | <et> ex *codd.*, *corr.* *Steph.* || 13 quot *T* || 14 per- sonas quatuor *TFCV* | obscuri *T* || 15 auctorem *A* | extra comoediam *Schopen*: ex tragedia (-diae *F*, -die *CT*) *codd.* || 16 frequentissimum <est> *V* || 17 digna *ATCV* || 18 ex] et *TC* | delegeris *F* || 19 ad] id *T* | exchyra *A*, echira *V*, echirra *TFC* | unius] scribit *TFCV* || 20 panpili *T*, pam- philij (j del ut uid.) *C* | amor est] amorem *TFCV* | adhu- lescentes *A*, adulescentulos *TFC*

IV 1 Illud uero tenendum est, post νέαν πωμωδίαν Latinos multa fabularum genera protulisse, ut togatas ab scaenicis atque argumentis Latinis, praetextatas a dignitate personarum tragicarum ex Latina historia, Atellanas a ciuitate Campaniae, ubi actitatae sunt primae, Rinthonicae ab auctoris nomine, tabernarias ab humilitate argumenti ac stili, mimos ab diuturna imitatione uilium rerum ac leuium personarum. 5

2 inter tragediam autem et comoediam cum multa tum in primis hoc distat, quod in comoedia mediocres fortunae ho- 10 minum, parui impetus periculorum laetique sunt exitus actionum, at in tragedia omnia contra, ingentes personae, magni timores, exitus funesti habentur; et illuc prima turbulenta, tranquilla ultima, in tragedia contrario ordine res aguntur; tum quod in tragedia fugienda uita, in comoedia capes- 15 senda exprimitur; postremo quod omnis comoedia de fictis est argumentis, tragedia saepe de historia fide petitur.

3 Latinae fabulae primo a Liuio Andronico scriptae sunt, adeo cuncta re etiam tum recenti, ut idem poeta et actor suarum fabularum fuisset. 20

- 512 6 CAVSAM VT IBI MANEREM REPPERIT 'manerem' modo non dormirem sed remanerem significat.
- 513 7 1 AIT REM DIVINAM FACERE 'rem diuinam' sacrum significat. 2 ET REM SERIAM VELLE AGERE MECVM scilicet quod non posset nunc agi, cum operetur. 3 An rem 10 seriam magis agendam tunc putabat, cum rem diuinam fecisset?
- 515 9 1 DOLO MALO HAEC FIERI OMNIA dolus a dolando dictus, id est a laedendo et imminuendo. nam et δόλος dicitur Graece laesio et dolones tela quaedam bellica et 15 dolare fabri lignum, id est ascia caedere. quod autem addidit 'malo', aut ἀρχαισμός est, quia sic in duodecim tabulis a ueteribus scriptum est, aut ἐπίθετον doli est perpetuum, aut διαστολή est, quia est et bonus, quo a

1 t. m. m. m. T || 2 in uitium T || 3 retinentem TC, (in mg. uel praeter mentem = dett.) V; renitentem? at cf. Thes. gloss. || 4 schol. ad. NE NORAM QVIDEM pert. | qvis qvid] quicquid C, quidquid T | tibi t. c. i. TC || 5 non enim nihil] ubi ueni in ras. V² (= dett.) || 6 causam V | repetit T || 7 <manerem ////> remanerem V, <manerem at (-re ac C)> remanere TC | significauit T || 8 ait] aut C, om. T || 10 quod <po quoniam> C, quem T | non posset nunc agit operetur (agi captur T) TC, nunc agere non posset id postmodum operetur V(dett.) | an <tunc> TC, an <tunc> V || 11 agenda C || 13 o. T | a dolando — laedendo W.: a dolendo (ledendo TC) dictus id est (idem V) a dolando codd. || 14 minuendo TC | et in ras. V² | δόλος Steph.: dolor C, dolore T, dolon in ras. V² (= dett.) || 15 grece dicitur C | dolon ē ei a C, dolon est etiam a T, dolon ē V, corr. ed. pr. | ^{ars} bellica (sscr. m. 2 = dett.) V || 16 asceis C, ascis T, ascia V | cedere TC V; scindere dett. | quod] et T || 17 malum V | aut ἀρχαισμός V, ***** C, om. T | in ssqr. V², om. TC || 18 epiteton (ephi- T) TC, <ēi> epiteton V || 19 aut <ut> TC | diastole TC, diascole V | est 1. ed. pr.: abest codd. | et om. C | quodam (quidam V) dentibus codd., corr. ed. pr.

medentibus falli aegros, non tamen decipi Lucretius poeta testatur (*IV 11 sqq.*). 2 ACCVMBERE MECVM 'mecum' prope me significat.

516 10 1 MIHI SESE DARE non potest magis significari profusa petulantia. 2 SERMONEM QVAERERE sermo quae- 5 ritur, quando non solum quod dicamus quaerimus, uerum etiam quomodo nobis alter respondeat et obloquatur: puta cum deficientibus sermocinandi causis quota sit hora et satis recte quis ualuerit percontamur.

517 11 1 QVAM PRIDEM PATER MIHI ET MATER MORTVI 10 ESSENT hoc propter aetatem puellae inquisitum est. 2 HVC EVASIT tamquam impudenter contenderit ad hanc inquisitionem.

518 12 IAM DIV iam olim.

519 13 ET QVAM LONGE A MARI hoc ideo meretrix inqui- 15 siuit, ut sciret, utrum rapta a praedonibus (*v. 15*) 'ecqua inde parua perisset soror'; quippe ad mediterraneum locum qui accessus esse potuit piratis? sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricem aliud scire uelle: cuius pretii fundum habeat Chremes, hoc est quam amoenum, 20 quammaritimum.

520 14 HOC SPERAT SE A ME AVELLERE bono uerbo usus est 'auellere', tamquam pertinaciter non remittente.

522 16 QVID HABVISSET CVM PERIT 'cum' pro 'quando' aut 'cum <perit' pro 'cum> periret'. 25

1 non] ne *TC*; nec ? || 2 mecum *om.* *C* || 3 prope me *W.*: pro penes *CV*, propones *T* || 4 sese mihi dare (*d.* *T*) *TC* || 5 sermone (-nem *T*) sermonem quaerere (*q.* *T*) quaeritur <et> *TC* || 7 quomodo] quando *V* || 8 put cum deficitibus *C* || 9 qui *T* | uoluerit percunctamur *TC* || 10 mor. e. *T* || 11 quaesitum *V* || 12 contenderet *C*, -raet *T* || 14 diū *T* || 15 amari *C*, a. *T* || 16 scire *C* | rapta a] rapina *TC* | et qua *V*, et quid *TC* || 17 in die *V* | periissent *C* | sorore *TC* | locum] mare *TC* || 18 qua *V* | sed] et *V* | oberret *TC* || 19 meretrice mali ut scire uelle *TC*, meretrix mali et (*in ras. m. 2*) scire uelle <id est> *V*, corr. *W.* || 20 est *om.* *TC* || 22 sperasse a me *T*, a me sperasse *C* | <posse> auellere *V*, uellere *TC* | bono] uno *T* || 23 est *om.* *TC* | non] nunc *T* | mittente *V* || 24 cvm] com^v *V* || 25 perit pro cum add. *W.*

- 523 **17** HAEC CVR QVAERITET in gestu ac uultu id quod
restat ostenditur; nam deest 'nescio'.
- 525 **19** HANC SE INTENDIT ESSE VT EST AVDACIA proprie
intendere est crimen in aduersarium iacere.
- 527 **21** MAIVSCVLA EST diminutiae dixit, ut ostenderet 5
utramque esse primaeum.
- 528 **22** 1 MISIT PORRO 'porro' pro postea. 2 VT VENIREM
SERIO utrum 'ut serio uenirem' an 'orare serio'?
- 529 **23** 1 AVT DICAT QVID VVLT AVT MOLESTA NE SIET
pro 'quid uelit'. in Hechyra (*II 1, 26*) 'at uide, quam 10
immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata'.
2 AVT MOLESTA NE SIET [aut] hoc moraliter, nam cui
hoc imperat aut cum quo hoc agit?
- 530 **24** HEVS HEVS ECQVIS HIC EST haec separatim pro-
nuntianda sunt, nam appetet inter haec uerba pulsatam 15
ianuam personare.
- 531 **25** 1 EGO SVM CHREMES uide quantum distet ac uaria
sit huius rusticitas 'ego sum, Chremes' a faceta meretricis
disciplina 'o capitulum lepidissimum'; nam rusticum esse
statim magis apparebit, ubi dixerit 'rus eo'. 2 *Et 20*
ὑποχωρίσματα sunt τῷ ἀδιωτισμῷ.
- 532 **26** DICO EGO MIHI INSIDIAS FIERI blandimentum rusticus
insidias putat.
- 533 **27** RVS EO pro potiore negotio 'rus' posuit. et maior
negatio est, quam si diceret 'non uenio huc'. 25
- 534 **28** NON POSSVM INQVAM plus est quam 'nolo'.
- 535 **29** 1 DVM REDEAT IPSA 'ipsa' uel domina uel ipsa
de qua agitur. 2 NIHIL MINVS deest 'faciam'.
- 3 e . u . e . T | AVDACIA] aude *TC* || 4 est] et *T* || 6 prime .
Nam *TC* || 7 porro *om.* *T* || 9 m . n . s . *T* | sciet *C* || 10 echira *V*,
hac ira *TC* | at] ac *codd.* || 12 sciet *T* | aut *secl.* *W.* || 13 imperet
TC | hoc *om.* *TC* | agat *TC* || 14 et quis *C*, et q . *T*, quis *V* |
h . e . *T* || 17 ego sum c . *T* | uarie *T* || 18 rusticias *T* | facetia
V, facie *TC* || 19 discipline *TC* | lepidissimum *om.* *T* || 20 magis
<statim> *TC* | ubi dixerit *om.* *TC* | et *υποχωρίσματα* sunt τῷ
πτοτίσμῳ *V*, -τα σὺν πωνικμῷ cod. *Cuiacii*, *****
TC || 22 insidias mihi *V* | ins . f . *T* || 24 pro potiore *V*, propitiore
TC | maius negotium *TC* || 25 hue uenio *C* || 26 nolo] dolo *TC* ||
27 ipsa uel] ipsa *T*, *om.* *C*

536 **30** 1 MALAM REM *<hinc ibis pro 'in malam rem'.* ergo aduerbialiter dixit, quemadmodum dicimus 'domum ibis'.

2 *Et apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit 'mi Chremes' quasi: meus indignatus est adulescens?* 3 *Nam ab eo quod est meus uocatiuus 'mi' facit.*

537 **31** 1 AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST uide non esse otiosum, quod omnia praetemptata sunt potius quam res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur. neque enim conueniebat personae Bacchi ali- 10 quid amusum aut infacetum aut *ἄναιρον*. 2 ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST ut breuem uiam demonstraret, non 'eas' sed 'transeas' dixit. 3 AMABO 'amabo' interiectio est amantis, etsi uerbum sonat.

4.

539 **1** 1 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVLI COIMVS IN PIRAE 15 in hoc proloquo insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea, quae a se post scaenam gesta sunt. fit autem hoc populi causa, ut spectator oriculis accipiat, quod subicere oculis poeta non potuit. 2 COIMVS 'coimus' consensimus ac pepigimus, ne sit soloecismus 'in Piraeo' 20

1 *<in>* rem *V* | *HINC IBIS* pro in malam rem *add. W.*; abis *dett.* | *ego TC* || 3 illum *om.* *V* | *manu om.* *TC* | *quia sic TC* || 4 dixit *<pithias cur>* *dett.* | *quasi C*, *quod si TV¹*, *cur sic V²*, *quasi (vel quam) dicat cur sic dett.* || 5 *quod est om. C* | *meus] cūs (in mg. al' meus m. 1) C* || 7 *ut i·t·u·e·e· T* || 8 *quod] quia C* | *omnia <sunt> TC* | *praetenta codd., corr. Bentley* || 9 *quam res om. TC* | *inoportuna C* | *flet C, flēt T* || 10 *adduceret TC* | *bachiali aidam usum aut infacetum aut (om. T) akayron (aRiron T)* *TC*, *bachiali (sic vel bachidi vel baccandi dett.) quoniam aut infacetum aut importunum <prae*ter* (in mg. m. 2)> usum ideo hoc ipsum doriae prae*cepit* (ideo — prae*cepit* in mg. m. 2) *V* (dett.); corr. W. duce Goetzio* || 12 *ILLA*] ea *TC* || 13 *<et>* non *TC* || 14 etsi *W.*: et sic *V*, si *C*, sui ^m*T* || 15 aliquod *T* | *coimus in pireo V, choimus in pirreo T, ***** C* || 17 *a se in mg. V² | gesta] facta TC* || 18 *oriculis] oculis codd.* accipiat *ed. pr.:* aspiciat *(in ras. V²) codd.* || 20 *solescismus T* in *pireo V, in pirreo T, Impe ireo (ei corr. in y) C*

pro 'in Piraeum'. 3 HERI ALIQVOT ADVLESCENTVL C.
bene inuenta persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu
loquatur, ut apud Menandrum.

540 2 1 VT DE SYMBOLIS ESSEMVS Plautus in Menaechmis
(III 2, 20) 'minore numquam fui dispendio'. 2 Sed 5
melius 'essemus' producta E littera.

541 3 1 PRAEFECIMVS id est: *συμποσιάρχην* fecimus.
2 DATI ANVLI nihil interim de scorto; appareat enim epe-
bos esse.

542 4 1 PRAETERIT TEMPVS quia 'tempus constitutum est' 10
(v. 3). 2 QVO IN LOCO quia 'locus constitutus est' (v. 3).

543 5 HOMO IPSE quia 'Chaereum ei rei praefecimus' (v. 2).

544 6 CETERI DEDERE 'ceteri' exceptis me atque illo.

545 7 QVISNAM HINC A THAIDE EXIT causa sciscitandi est
admiratio de habitu mutato et uix agnitus Chaerea. 15

546 8 1 QVID HOC HOMINIS EST uide an longam nar-
rationem possit audire, qui nondum amico narrante iam
pendeat. 2 IS EST AN NON EST IPSVS EST uide an po-
tuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere,
qui ab Antiphone uix agnoscitur. 3 QVID HOC HOMINIS 20
EST quod a Thaide ephebus exit. 4 QVID HIC ORNATVS
quod de eunuchi ueste indutus est.

547 9 QVID ILLVD MALI EST quod timidus egreditur.

1 pireum *TV*, perum *C* | a · *T* | c ·] t · *T*, coimus *C*,
om. *V* || 2 est persona cui (*cur C*) narraret *TC* || 3 loquitur *T* ||
4 symbolis *codd.* | plau *C* | in Menaechmis *om.* *TC* || 5 minore
numquam] minime num (*nu T*) cum *TC*; minore nusquam
Plautus | <bene> fui *Plautus* || 6 *E*] est *T* || 7 profecimus *C* |
συμποσιάρχην *V*, simpostarcen (-tracē *T*) *TC* | fecimus — enim
om. *T* || 8 scoreo *C* | ephebo *TC*, ephebū *V* || 10 quia tempus
dett., *om.* *TCV* | est *om.* *TC* || 11 et 12 quia dett., *om.* *TCV* ||
12 ei *om.* *T* || 13 <et> ceteri (cetero *C*) dedere ceteris *TC* ||
14 hic *CV* | a t · e · *T* || 15 admiratio *om.* *T* | commutato *TC* |
et *om.* *T* | cheree *TC* || 16 hoc h · e · *T* | longe *TC* || 17 narrat
et (*om.* *T*) iam pendeat *TC*, nar(rat id in mg. m. 2) i q etiam
affectus pendeat *V*; corr. *W.* duce *Teubero* || 18 an n · e · i · e ·
T | non *est*] non *V* || 20 hoc h · e · *T* || 21 exiit *TC* | orn ·
<e ·> *T* || 22 est *om.* *TC* || 23 m · est · *T*

548 10 QVID SIT SCISCITARI ‘sciscitari’ est occulta magis et secretiora rimari ac uelle cognoscere, ut (*Verg. Aen. II 114—15*) ‘Eurypylum scitantem o. Ph. m.’.

5.

549 1 1 NVM QVIS HIC EST NEMO EST in hac scaena uerba gestum uultumque indicant exeuntis, cui obuia persona obicitur, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. 2 NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HIC ME SEQVITVR duo metuit: ne quis ex his obuius comprehensor occurrat et ne quis sui persecutor exsistat.

550 2 1 IAMNE ERVMPERE HOC MIHI LICET GAVDIVM ‘erum- 10 pere’ quasi actuum uerbum posuit pro neutrali, ut sit: licet mihi erumpere hoc gaudium?, cum sit ‘erumpere’ quasi exire et ‘mihi’ pro a me.

549 1 3 NEMO HOMO EST quamuis ‘nemo’ <ne homo> intellegatur, tamen ‘homo’ addidit, ut ueteres solent, τῷ 15 ἀρχαῖσμῳ.

550 2 2 ERVMPERE utrum ‘erumpere’ pro emittere posuit an ‘erumpere’ pro exclamare, ut rumpere uocem dicitur qui exclamat? nam ‘pro Iuppiter’ dicturus est.

551 3 1 NVNC EST PROFECTO ordo et sensus hic est: nunc 20 est profecto tempus, cum perpeti possum me interfici.

1 sciscitare (2.) *V*, *om.* *TC* | esto occulta *TC* || 2 mirari *codd.*, corr. *Lindenbr.* | eripilum (-pulum *T*) sciscitantem o·f. (sscr. *V²*) *m·codd.* || 4 Nunquis *V* | h·e·n·e· *T* | hic *om.* *C* | in hac scaena *om.* *V* | uerba *om.* *C* || 5 gestu uultuque *T* | ex cunctis *C* | cui ed. pr.: cum *codd.* || 6 ſubicitur *V* || 7 Nunquis *V* | h·e·n·e· *T* | hic me *V*, me hic *C*, *m·h·T* | *s·T* || 9 [sui] sit *C*, sic *T* || 10 IAMNE iam me *C* | hoc mihi licet *V*, me hoc licet *C*, *h·l·m·T* | *g·T* || 11 ut — sit erumpere *om.* *T* || 12 licet sscr. *C¹* | cum *W*.: ut *codd.*; aut *Steph.* || 13 exire et] exiret *TC*, exir[et *V* || 14 ne homo add. *W*. | intellegatur post 15 homo *T* || 15 ueteres ed. pr.: uere *codd.* | solet *T* | τῷ ἀρχαῖσμῳ *V*, ***** *TC* || 17 promittere *TC* || 19 proh *V*, proth *T* || 20 ordo — profecto *om.* *V* || 21 me possum *V*

hoc autem cur dixerit, ipse statim subicit causam.

2 CVM PERPETI ME POSSVM animaduertendum quod 'cum'
si coniuncte legeris, quando significat, si separatim, 'cum'
dum significat. 3 NVNC EST PROFECTO figurate. ac con-
iuncte lege sine distinctione. 5

552 4 CONTAMINET VITA AEGRITVDINE ALIQVA mire uitae
crimen ostendit, uelut ipsa sit campus fortunae possessioque
instabilis uariorum.

553 5 SED NEMINEMNE CVRIOSVM INTERVENIRE NVNC MIHI
apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur. 10

554 6 1 QVI ME SEQVATVR id cupit gaudens, quod aliis
tristibus molestum est. nam contra Menedemus (*cf. Heaut.*
I 1) grauatur narrare quae dolet. 2 OBTVNDAT odiose
instet ac repetat. 3 OBTVNDAT molestus et odiosus sit.

4 ENICET εὐφωνότερον quam 'enecet'. 15

555 7 1 QVID GESTIAM deest 'quaerens', ut sit: rogitando
obtundat, enecet quaerens quid gestiam. 2 QVID GESTIAM
gestire <est> motu corporis monstrare quid sentias. hoc
autem constat a pecudibus ad homines esse translatum.
3 Gestire est sensum corporis gestu indicare, quod magis 20
animalium est mutorum. Vergilius (*Geo. I 387*) 'et studio
incassum uideas gestire lauandi'. 4 *Et* QVID propter
quid. 5 VNDE EMERGAM proprie dixit 'emergam' ut ex
lustris atque inhonestis locis utpote meretriciae domus.

1 hoc — 2 quod *in mg. V²* | hoc *ex hac corr. ut vid. C* |
cur *ed. pr.*: cum *V*, *om. TC* | ipse dixerit *CV* | subiecit *C* |
<ca>causam *T* || 2 *cvm om. TC* | ubi aduertendum quod *V*, *om. TC* || 3 quando] qui T | si separatim] separatim *TC* || 6 contamini *T* | *VITA*] uita// *V* || 7 ipse *T* | possessioque fortunae
(forme *C*, formae [*in mg. uel fortunae*] *V*) *codd.*, *transp. W.* || 9 -NE
om. TC | 1. t. n. m. *T* || 10 ad] sed *TC* || 11 sequitur *C* | capit
TC | *aliis V*, at his *T*, ab his *C* || 13 gratulatur *codd.*, *corr. ed. pr.* | narrare *om. V* | quod *V* | tediouse *V* || 14 repetet *TC* ||
15 ENICET] enecet *codd.* | ne εὐφωνότερον *V*, ***** *C*, *om. T* |
quam] que *C*, q3 *T* || 17 quaerens *V*, queri *TC* | QVID GESTIAM
om. V || 18 est (*post monstrare*) add. *dett.* | centias *T*, sentiat *C* |
hoc *om. TC* || 19 a studibus *T* | translatam *C* || 20 sensu *TC* |
gestum *V*, gestū *T* || 21 est *om. TC* | *brutorum V* (= *dett.*) | et
om. C || 22 uideas — lauandi] .i. g. l. C, etc. *T* | propter quid]
perpet9 (-ti *T*) quidem *TC* || 24 meretrici *TC*

Cicero (*in Pis. 12, 27*) ‘at ne tum quidem emersisti, lutulente, quaeso, ex naturae tuae sordibus’.

556 8 VESTITVM HVNC NACTVS bene ‘nactus’ dixit, ut qui non sumeret, nisi suasisset hoc occasio.

557 9 1 ADIBO ATQVE AB EO GRATIAM HANC sensus et ordo 5
hic est: adibo atque ab eo gratiam hanc inibo, quam
uideo hunc uelle a se inire. 2 ATQVE AB EO GRATIAM
HANC QVAM VIDEO VELLE INIBO gratiam inire est dare
beneficium ac per hoc mereri alicuius gratiam id est ami-
citiam. 3 Sed haec est elocutio ‘gratiam ab eo inibo’ 10
pro ‘eius gratiam merebor’. nam ‘ab eo’ amat Terentius
pro eius ponere, ut in Andria (*I 1, 129*) ‘primum ab eo
animaduertenda iniuria est’ pro ‘eius iniuria’. 4 Inire
autem gratiam est mereri gratiam. Plautus (*Curc. III 35*)
‘inibis a me solidam et grandem gratiam’. 15

558 10 1 QVID EST QVOD SIC GESTIS AVT QVID SIBI HIC
VESTITVS QVAERIT facete repetit uerba eius interrogans,
ut sciat se iam pridem esse praesentem. 2 QVID SIBI
HIC VESTITVS QVAERIT facete et figurate dictum est. sic et
alibi (*prol. 45*) ‘ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus uelit’. 20

559 11 1 QVID EST QVOD LAETVS SIS uide aliud esse
gestire, aliud laetum esse. 2 QVID TIBI VIS πρὸς τὸ
‘quid mihi uelim’ (*v. 8*); SATIN SANVS ES πρὸς τὸ ‘sanus

1 at] ac *CV* | tu *V* | mersisti *C*, -cisti *T* | lutulento *V* ||
2 queso *dett.*, ceso *TC*, ceno *V* | ex ⟨miserrimis⟩ *Cicero* || 3 hunc
n. *T* | dixit nactus *T* | ut *om.* *TC* || 4 sumerit *T* | hoc *om.* *V* |
ad cassio *TC* || 5 adhibo *V* | g. h. *T* || 6 adhibo *V*, adhibo *T* ||
7 udeo *C* | uelle hunc *T* | a — *VELLE om.* *T* | a se inire *V*, hasce
mire *C* | ab eo] habeo *C* || 8 quam hanc *C* || 9 pro hoc *T* | mereri
W.: rei *codd.* | gratiam ⟨mereri (*in mg. m. 2*)⟩ *V* || 10 hoc est
TC | allocutio *TC*, adlocutio *V*, corr. *Steph.* | habeo et ibo *C* ||
11 ab eo *V*, habeo *C* || 12 pro eius *om.* *C* | ab eo] ab illo *Ter.*
et *Don.* ad *Andr. l.* || 13 ire autem in gratiam *TC* || 14 est —
gratiam *om.* *T* | meretri] meretrici *C* || 15 inib⁹ *T*, inib⁹ *CV* |
a me] tam *V*, tamen *TC* | stolidam *TCV* || 16 quod s. g. *T* |
h. u. q. *T* || 17 repetit uerba *in mg.* *V²* || 19 hic ⟨uult⟩ *TC* |
quaeritur *C* || 20 uelit *om.* *TC* || 21 l. s. *T* | sis *in mg.* *V²* |
uid⁹ *T*, uid⁹ *C* || 22 πρὸς τὸ *V*, *** *C*, *om.* *T* || 23 quid mihi
uelim] mihi quid quaeram *Ter.* | es (est *T*) sanus *TC* | πρὸς τὸ *V*, *** *C*, *om.* *T*

sim anne insaniam' (*v. 8*). 3 QVID ME ASPECTAS QVID TACES
his duabus interrogatiunculis descripsit uultum dicturi.

560 12 1 o FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE decet a
salutatione incipere luculente dicturum; illum autem ueri
simile est et percussum re noua et audiendi cupidum 5
immemorem exstissee salutandi. 2 o FESTVS DIES utrum
qui causa est festi ac laeti diei an qui ipse tantus sit,
quantus est festus dies? 3 o FESTVS DIES *⟨HOMINIS⟩*
pro: homo festi diei. *sic dicitur etiam scelus homo.* Ennius
(*Ann. I fr. 15 M.*) 'o pietas animi'. 4 SALVE NEMO EST 10
QVEM EGO NVNC MAGIS bene additum 'magis', ut his amicis
antepositum se intellegat, quos cum cupiat uidere Chaerea,
tamen magis [ut aliis amicis antepositum] neminem cupit.

562 14 1 IMMO HERCLE OBSECRO TE VT AVDIAS bonum
compendium, ne multa diceret ad commendandam ut 15
solet narrationem futuram. 2 IMMO HERCLE OBSECRO bene
contulit uerba, ut ex his appareat quam id agere uelit:
ille dixit 'quaeso', hic 'obsecro'.

563 15 1 NOSTIN HANC QVAM AMAT FRATER quaeritur an
ueri simile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater 20
ipse nescierit. sed intellegere debemus modo notitiam
non uultus sed famae positam esse, quam famam potuit

1 sum *TC* | insanus *TC* | QVID TACES] t. *T* || 2 hic *codd.*,
corr. ed. pr. | interrogatiunculis *V*, interrogatio culis *T* || 3 h. a.
s. *T* | *schol. ad v. 10* refert *Teuber* | docet *T*, doce *C* | a sscr. *V²* ||
4 illum *Dziatzko*: illud *codd.* | autem] aliud *C* || 5 et 1. in ut
corr. V, et *T* | re noua et *ed. pr.*: renouet *CV*, rem- *T* | audieni *C* |
ille qui se monstrat
et memorem *TC*, immemorem (sscr. m. 2) *V* || 6 salutandi
in mg. C¹ | es *V* || 7 tantus *C* || 9 scelus hominis? || 11 e. n. m.
T || 12 antepositum] bñ positum *C*, positum *T* | cum cupiat
Goetz: cum uia *TC*, in uia *V*; cum optet dett. | uiderit *V* ||
13 ut — antepositum (*repetita ex antec.*) secl. *W.* | aliis *C* ||
14 Imo *C* | obsecre tua *T* || 15 commendandum *V* || 16 ob. *T* ||

17 uerba om. *TC* | ut] cum *T* | apparet (sscr. m. 2) *V* | quam
id *Rabbow*: quid *codd.* | agere *V* || 18 dicit *V* || 19 Nosti *codd.* |
q. a. f. *T* | frater *in mg. V²* | querit *TC* || 20 *⟨an⟩* anthi-
phoni *TC*, antiphoni *V* | frater *V* || 22 uultu sed fama posita
TC | esse om. *C*

ex Phaedria et Antipho scire. at uero aliam notitiam negauerat Chaerea sibi fuisse cum Thaide, hoc est uisus, [uultus] oris et corporis. 2 NOVI NEMPE [vt] OPINOR THAIDEM uerisimile est haec scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chaereae. et est ordo hic: opinor noui, nempe 5 <Thaidem. 3 NEMPE> OPINOR THAIDEM optime et ab illo tacitum et ab hoc nomen allatum est, ut appareat quam nouerit et quam possit assequi quae dicentur.

564 17 1 QVID EIVS TIBI FACIEM PRAEDICEM AVT LAVDEM praedicamus ut sunt res, laudamus extollimus. 10
2 Vel praedicamus uoce, laudamus argumentis.

565 18 1 QVAM ELEGANS FORMARVM SPECTATOR SIEM 'spectator elegans' est cunctantis et fastidiosi iudicii, <cui> non quid placet facile.

564 17 3 QVID EGO EIVS TIBI ordo hic esse debet: quid 15 ego tibi nunc eius faciem praedicem aut laudem, Antipho? in hac commotus sum, cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem; ut sit sensus: in hac commotus sum, ut ille solet, qui scit formas eligere ac fastidire pro merito. 20

565 18 2 SPECTATOR probator, ut pecuniae spectatores dicuntur.

1 et om. *TC* | at *V*, aut *T* | uero *V* || 3 uultus (multus *C*)
secl. *Rabbow* | <et> oris *V* | vt om. *C* | o. t. *T* | hoc *TC* ||
5 et est ordo hoc *V* | nemphe *T* | Thaidem *NEMPE add. W.* ||
6 <ut> opinor *V*, o. *T* | t. *T* | optū *T* || 7 ablatum *TC* ||
8 adsequi *V* | quae dicentur om. *V* || 9 quid eius tibi faciem
in ras. *V*² (= *dett.*), om. *TC* | aut in ras. *V*², ac *TC* ||
10 praedicemus *V*, praedicem *C*, praedicicē *T* | res in mg. *V*²,
om. *TC* | extollimus — laudamus om. *T* || 12 elegans (post
formarum) *V*, eligans *T* | si spectator (spector *C*) ē *TC* ||

13 spectator <est> *V*, om. *TC* | est] et *V* | cōstantis (corr.
m. 2) *V* | <si> iudicii *TC* | cui add. *Steph.* || 14 non quid ed.
pr.: numquid codd. || 15 qvnd] qui *TC* || 16 ego om. *TC* | eius
tibi nunc *TC* | aut] an *C* | l. a. *T* || 17 sum] s. *T* || 18 spec. s.
T | sit om. *T* || 19 ut ille solet qui ut sciſ (corr. m. 2) *V*, ille
solet qui ut sciſ (sis *T*) *TC* | ac] at *C* | promitto merito *C*,
pro nneto merito *T* || 21 probatur *C*

- 566 **19** 1 IN HAC COMMOTVS SVM non est consequens: esset autem, si diceret 'in hac commotum me scias'. erit ergo ordo et sensus qui supra. 2 PRIMAM ESSE DICES SCIO o fiduciam elegantiae, et de alienis oculis iudicare!
- 567 **20** 1 QVID MVLTA VERBA AMARE COEPI ordine egit, nam prius est commoueri, inde amare. 2 Et bene non ante dicit, quid aggressus <sit>, nisi amoris mentione praelata, quo cogente nihil infectum est cupientibus.
- 568 **22** 1 SVBMONVIT ME PARMENO leuiter monuit. et recte, quia 'arripui' dicturus est. 2 Et totum optime; nam ut non erat boni adulescentis hanc technam reperire, sic ab alio repertam fuit plane ueri amatoris arripere.
- 569 **23** 1 TACITVS CITIVS AVDIES morantem solemus corripere extra ordinem percontantes. 2 Et bene celeritatem promisit, qua facile tenetur auditor. 3 Et mire, tamquam sola interrogatio morae sit.
- 570 **24** ET PRO ILLO IVBEAM ME ILLOC DVCIER 'iubeam' mirifice dixit tamquam in re honesta. sic et turpe factum plerumque perseverante impudentia releuatur.
- 571 **25** QVID EX EA RE TANDEM VT CAPIAS COMMODI transit a reprehensione facti ad causam facti.
- 1 consequens] 9ñs C || 2 diceretur T | me scias erit *in ras.*
V² (=dett.), ut scias erit TC || 3 esse non agnosc. Ter. codd. | discessio TC || 4 fiducia codd., corr. ed. pr. | et] ē V || 5 VERBA om. V | cepi C, c. T, ^ocoepi (sscr. m. 2) V (=dett.) || 6 commoueri V, commouere C | et breue TC || 7 non C, nam V | quidā gressus TC, quidam gradus V | sit add. W. | nisi C, nisi V || 8 prolata? || 9 summonuit V | me par. T | leniter V || 10 et totum V || 11 non erat dett.: nouerat CV, (*in mou-* corr.) T | tenhēnam C, tenchnam T, technam (*in mg. τέχνα*) V || 13 citius *in mg.* V², om. TC | audiens TC | morantem sqq.] *hoc schol. ad qvid id est pert.* || 14 perconstantes T, percontantem V | quam TC || 15 tenet TC || 16 sic C || 17 ME om. TC | illo C, illūc V, i. T | ^{de}ducier V, d. T | iubeam mirifice Schoell iube amico TCV (iubeam me dett.) || 18 dixit om. TC | inter honestum V, -sta TC, corr. W. | sit TC, sic <quod uile sit> dett. || 19 imprudentia C | reuelatur T, reualeatur C, releuat̄ur (corr. m. 2) V || 20 t. T | VT CAPIAS] uita pias C, capias V, c. T; ut caperes Ter. | COMMODI] c. T || 21 a] ac C | ad causam <ipsius> *in ras.* V² (=dett.), ac de causa TC ^{uelia}

- 572 **27** NVM PARVA CAVSA AVT PARVA RATIO EST sic illata
est interrogatio, quasi ad hanc adnuere et uultu consen-
tire Antipho sit coactus.
- 573 **28** 1 LAETA VERO AD SE ABDVCIT DOMVM omnia mire:
quod 'laeta', quod 'abducit', quod 'domum', quod 'com- 5
mendat', quod 'uirginem'. specta singula et mirare uir-
tutem poetae.
- 577 **29** 1 COMMENDAT v. locus initium erroris continens
apud Thaidem. 2 CVI TIBINE non interrogat sed miratur.
3 SATIS TVTO TAMEN quid hic facit 'tamen'? utrum 10
hoc dicit: etsi meretrix, tamen satis tuto agit? an: etsi
Chaereae, satis tuto tamen, quia nullus accedet alias?
- 578 **30** 1 EDICIT NE VIR QVISQVAM †iubemus uelut edicimus
imperatoris sunt dicta†. 2 ET MIHI NE ABSCEDAM IMPERAT
certe ne ullus uir accedat. 15
- 579 **31** VT MANEAM SOLVS remaneam perseueremque in loco
ac per hoc sim miser, utpote dono datus et seruiens
meretrici. et est ironia.
- 580 **32** EGO INQVIT AD CENAM HINC EO μίμησις ad impru-
dentiam mulieris exprimendam, quae hoc dixerit secura 20
de custode eunicho.
- 581 **33** 1 ABDVCIT SECVM ANCILLAS memoriter, nam dixerat
abiens (*III 2, 53*) 'uos me sequimini'. 2 PAVCAE QVAE
CIRCA ILLAM ESSENT relictæ nonnullæ, ut lauari possit ea
uirgo, quae sub uitii huius occasione nuptura est. hoc 25
- 1 NVM] nunc *TC* | inlata *V* | est *om.* *T* || 2 annuere *V*, ab-
nuere *TC* || 4 deducit *TC*, deducit *V* || 5 leti *TC* | adducit *TC*,
deducit *V* || 6 uirgini *TCV* | spectata *T* | singulare *TC*, -lare
V || 8 COMMENDAT v. *W.*: commendandus *codd.* || 9 CVI TIBINE]
cum uitium (uicium *C*) *codd.* || 11 dicit *W.*: dum *codd.* | etsi 2.] et
sic *C*, et sic *V* || 12 cherea *V* || 13 EDICIT] et dicit *T* | uidemus
uel uiue dicimus unde edictum imperatoris est *V* (sim. dett.). *Fort.*
iubemus uolumus, edicimus <imperamus; nam edicta> im-
peratoris sunt dicta || 14 ne ullus uir accedat *Teuber*: nullus uir
accedit *codd.* || 16 vt *om.* *T* | solum *TC* || 18 yronia *CV*
19 μίμησις *V*, **** *C*, *om.* *T* | impudentiam *codd.*, corr.
Steph. || 25 uicio *codd.*, corr. ed. pr.

enim totum sic inducit poeta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea praesertim quae uxor futura est.

3 MANENT pro 'remanent': ἀφείσεσις.

582 34 1 NOVICIAE PVELLAE λύσις: nouiciae et pueriae.

2 CONTINVO HAEC ADORNANT VT LAVET 'haec' pluraliter 5 pro hae, ut in Phormione (V 9, 23) 'haecine erant itiones'. 'adornant' autem ex medio significatu pro apparant.

583 35 1 DVM APPARATVR impersonaliter dixit. 2 Et 'dum apparatur' pro dum appetatur et 'sedet' pro sedebat.

3 VIRGO IN CONCLAVI SEDET conclave est separatio 10 locus in interioribus tectis, uel quod intra eum multa loca clausa sint ut cubicula adhaerentia triclinio.

584 36 1 RESPECTANS TABVLAM QVANDAM PICTAM bene accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendae uirginis, ideo quia non ad hoc uenerat Chaerea, ut continuo 15 uitiaret pueram, sed ut uideret, audiret essetque una (cf. v. 26), cum nihil amplius cogitare ausus fuerit, usque dum picturam cerneret. 2 IOVEM QVO PACTO mira inuentio, qua haec pictura tribuitur domui meretricis aduersus omnium pudicitiam morum: contra parsimoniam 20 autem, contra dignitatem, contra pudicitiam. 3 IOVEM QVO PACTO DANAAE MISISSE AIVNT bene 'aiunt', et quia fabula et quia tam turpis Ioui quam apta meretrici.

585 37 1 QVO PACTO DANAAE MISISSE AIVNT QVONDAM quae

1 inducitur a poeta V | a] tam TC | legitimus C | est] sit TC || 3 remāt C | ἀφέσεσις V, **** C, om. T || 4 PVELLAE — nouiciae om. TC | λύσις V || 5 continua T | lauent V || 6 <pro> hec inerant uitio[n]es TC, haec meae rationes V || 8 apparantur TC | impersonaliter — appetetur om. T || 9 apparantur C | appetentur CV || 10 separatio[n] spatio[n] TC (dett.), secretior V | tectus T || 12 sunt TC || 13 Respectans t · q · p · V | suspectans Ter. || 14 accedi C | ornamenti TC || 17 cum nihil] cui TC (utque nihil dett.) | cogitaret TC, -tare// V | fuerit usque W.: ueritusque C, (sscr. putaretur m. 2 = dett.) V, uirtusque T || 18 picturam — haec om. TC || 20 amorum TC, amor^{um} (sscr. m. 2) V, corr. Westerh. || 21 autem V | IOVEM] Iuppiter TC || 22 danne V, dane T, darie C | misse TC, misse (corr. m. 2) V || 23 tam C || 24 dane misisse (mississe C) aiunt quondam TC, d. m. a. V

aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras quam haec, quae exemplum continet amoris et amoris puellae et amoris ad Iouem pertinentis et amoris non gratuiti nec paruo propositi, sed auro in gremium fluente uenalis? tum quod in gremium Danaae ipse ut splendidus imber illabitur, nonne uidetur meretrix docere adulescentulos illam corporis partem auctore Ioue uel inauratam fuisse? 2 IMBREM AVREVM non rorem uel pluuiam sed 'imbrem' addiderat: o auaritiam meretricis!

586 38 1 EGOMET QVOQVE ID SPECTARE COEPI moris est 10 ad id oculos uertere, quod uidemus eum quem aspicimus intueri.

587 39 1 IAM OLIM ILLE LVDVM bene non 'scelus' sed 'ludum' dixit. 2 IMPENDIO id est magis magisque.

586 38 2 LVSERAT IAM OLIM ILLE <LVDVM> ut (*Verg. Aen. XII 680*) 'hunc, oro, sine me furere ante furorem': figura ἀρχαισμός.

588 40 1 DEVUM SE IN HOMINEM CONVERTISSE φιλοσοφικῶς Terentius demonstrauit, quam cladem moribus hominum et ciuitatibus afferant figmenta poetarum, cum exempla sce- 20 lerum afferant peccaturis. 2 ATQVE IN ALIENAS TEGVLAS

1 aptior] aporum *TC* | ad] ab *C* | inlecebras *T* || 2 et amor puellae *codd.*, corr. *ed. pr.* || 3 <non> amoris non *T* || 4 paruo *CV* | praepositi sed (-tis et *TC*) *codd.*, corr. *Steph.* | in gremio *C* | fluenti *C*, fruente *T* || 5 Danaae — ut] dane (darie *C*) ēē et *TC*, danē ^m iuppiter ut *V* | splendidius *C*, splendidus *V* || 6 ymber *C* | inlabitur *V* | <ut> meretrix *TC*, in meretrice *V* | docere *Goetz*: ducēte *V*, ducens *TC* || 8 fuisse om. *T* | Ymbrem *TC* | rorem uel pluuiam *V* (= dett.), rorem iucturam (uict- *T*) *TC* || 9 ymbrem *C* | addiderit *T* || 10 id — coePI] expectare cepi *TC*, s. c. *V* | est om. *V* || 11 cum *TC* || 13 Iam o. i. l. *V* | sed ludum om. *TC* || 14 impedio *T*, om. *V* | idem *V* | ignis magisque *C* || 15 lux erat *TC* || 16 hunc oro nunc euro *C*, hunc uno *T*, hunc *V* | furorem] fur *TC* || 17 archaismos *ed. pr.*: ***** *TC*, om. *V* || 18 IN om. *TC* | convertisse] c. *V* | φιλοσοφικῶς *W.*: φιλοσοφή nunc *V*, ***** nunc *TC*; philosophice nunc *ed. pr.* || 19 laudem (in mg. al' cladem) *C* || 21 adferant *T* | peccatoris *TC*, -τορis (corr. m. 2) *V* | IN om. *C*

hic apparat separatim Iouem, separatim auri fuisse picturam.

3 DEV M SE IN HOMINEM CONVERTISSE utrum quia Iupiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabula, non pro Ioue aurum? an 'in hominem', id est in hominis audaciam atque flagitia? 4 ATQVE IN ALIENAS TEGVLAS 5 Acrisii scilicet. 5 Et TEGVLAS tectum. 6 Et satis comico charactere locutus est et presso stilo.

589 41 1 VENISSE CLANCVLVM PER IMPLVVIVM haec omnia non ut difficilia factu, sed ut humilia et Ioue indigna proferuntur, ut merito sequatur 'ego homuncio hoc non 10 facerem?', quod non solum non Ioui, sed ne homini quidem nisi furi aptum erat. . 2 FVCVM FACTVM id est ut fucum faceret, hoc est insidias et fraudem. 3 FVCVM offuciam, fraudem. 4 Et MVLLIERI pro feminae.

590 42 1 QVI TEMPLA CAELI SVMMA SONITV CONCVTIT ab 15 auctoritate personae, ut fit in exemplis. 2 SONITV CONCVTIT parodia de Ennio (*Ribb. trag.*³ p. 79). 3 TEMPLA CAELI SVMMA tragice, sed de industria, non errore.

591 43 EGO HOMVNCIO HOC NON FACEREM oratorie ut Iouem extulit, ita detraxit sibi: ille est deus et magnus, ego 20 non homo sed homuncio.

592 44 1 DVM HAECAEC MECVM REPVTO ACCERSITVR LAVATVM INTEREA VIRGO seruauit ordinem nuptiarum. et proprio uerbo quasi de nuptura dixit 'accersitur', ut alibi (*Ad. V 6, 1—2*) 'quam mox uirginem accersant'; nam ipse 25

1 iouem separatim separatim *C*, iouem separatim *T* || 2 deum *V* || 3 humana forma *om.* *T* | tabulis *C* || 4 an in homine *C* || 5 flagitiā *C* | TEGVLAS] tabulas *C* || 6 Acrisii *W.*: aeriy *T*, aerei *C*, auri *in ras.* *V²* | Et TEGVLAS tectum *W.*: tectum et tegulas *codd.* | comicos *TC* || 7 caractere *V*, carachtere *C*, carapte *T* et] ut *C* || 9 factum *T* | iouem digna *TC* || 10 hoc n.f. *V* 11 iouis *C* | ne *om.* *TC* || 12 fieri *T* | <non> erat *TCV*, corr. *dett.* | ut *om.* *C* || 14 officinam (-nam *in ras.* *V²*) *codd.*, corr. *W.* | femina *C*, feram *T* || 15 summo *T* || 16 persona *TC* | sit *C* in *om.* *T* || 18 summa tragicē *V*, sumairagica *C*, suma ragica *T* 19 EGO *om.* *T* | hoc n.f. *V* || 20 <ut puta> ille *dett.*, *om.* *T* || 22 acersitur *C* | a.l.i.u. *V* || 24 accersant] accersa *TC*, accerse *V* | nam] nunc *TC*

illam est habiturus uxorem. 2 DVM HAEC MECVM REPVTO
hic ostendit non sibi haec primum nunc in mentem uenissee,
sed tunc etiam cogitata, cum esset in meretricis domo.

593 45 1 IT LAVIT REDIIT συντομία, qua solet, ut
(*Phorm. I 2, 53*) 'imus, uenimus, <uidemus>'. 2 DEINDE 5
EAM IN LECTVM COLLOCARVNT uide an aliquid desit a legi-
timis nuptiis; nam et ipsum uerbum 'collocarunt' proprium
est et ascribitur pronubis.

594 46 1 STO EXSPECTANS SI QVID MIHER IMPERENT ἐνάργεια:
non enim dixit 'stabam'. 2 EXSPECTANS desiderans. 10
3 Et mire omne tempus exsecutus est salua ueritate, in
qua Vergilius neglegens inuenitur, cum post occisum
Mezentium non facta noctis mentione statim intulit (*Aen.*
XI 1) 'Oceanum interea surgens Aurora reliquit'.

595 47 1 CAPE HOC FLABELLVM VENTVLVM praecclare non 15
sensem sed uerba ipsa per μίμησιν induxit, per quam
error puellaris exprimitur. 2 VENTVLVM HVIC SIC FACITO
DVM LAVAMVR demonstratiuum et gestu explicandum.
3 CAPE HOC FLABELLVM quam particulatim, cum qua dili-
gentia et δεικτικῶς iubet quasi nouicio et imperito! 20

596 48 1 VBI NOS LAVERIMVS SI VOLES LAVATO uide usum
uerbi tam cito uariatum: 'dum lauamur' et 'ubi nos laue-
rimus'. 2 ACCIPIO TRISTIS id est tristi similis, ut (*Verg.*
Aen. II 67—68) 'namque ut conspectu in medio tur-

1 habiturus est *T* | HAEC] hoc *TC* | REPVTO] r. *V* || 2 haec et
nunc *om.* *V* || 3 cogitatam *TC* | cum *ex dum corr.* *C* | essent *V* ||
4 redit *T* | συντομία *V*, **** *TC* | quia *TC* | ut imus redimus
uenimus *V*, utimur *TC* || 6 an] in *TC* | desit a] est ita *TC* ||
8 adscribitur *V* | probonis *codd.*, corr. ed. pr. || 9 si QVID *om.*
T | MIHI] in *C* | impararent *T* | ἐνέργεια *V*, energia *TC*, corr.
Sabb. || 11 est *dett.*, *om.* *TC* *V* | uirtute *T* || 12 oceanum (occi-
T) *TC* || 14 s.a.r. *V* || 15 cape h.f.u. *V* | uetulum *C* ||
16 sed *om.* *C* | uerba ipsa *om.* *TC* | per μίμησιν dixit *V*, per
mim.h.c. (MIM hc *T*) induxit *TC* || 17 Uetulum *C* | h.f.d.
l. *V* || 18 demonstratiuum *om.* *C* | getu *T*, getu <**> *C* ||
19 Cape hoc fla *V* | qua *CV* || 20 δικτικῶς *V*, **** *TC* |
iubet *om.* *T* | nouitio *T*, muncio *C* | imperio *TC* || 21 LAVERIMVS]
l. *V* | s.u.1. *TV* | uide — 399, 1 LAVATO *om.* *C* || 22 lauamur
V | nos *om.* *T* || 24 ut *om.* *V* | conspectū *T*

batus i. c.'. 3 SI VOLES LAVATO quasi satisfacientis est, cum illum solum relinquant cum uirgine. 4 ACCIPIO TRISTIS bene 'tristis', tamquam aliud magis uellet, hoc est lauare aut ludere; metuit enim, ne quod cupid, prodatur gaudio.

597 49 TVM ISTVC OS TVVM IMPVDENS VIDERE VELLEM licet iocanti et amico conuictum iucunde facere.

598 50 1 QVI ESSET STATVS statura corpori ascribitur, status ad habitum refertur. 2 Ergo status est schema, statura longitudo corporis. 3 FLABELLVUM TENERE TE 10 ASINVM TANTVM quia hoc ministerium delicatorum seruorum est.

599 51 OMNES PRORVVNT SE uerbo neutrali quasi actiuo usus est.

600 52 DOMINI VBI ABSVNT 'ubi' et loci et temporis 15 potest esse.

601 53 1 INTEREA SOMNVS VIRGINEM OCCVPAT utpote compressam somno et oblectatam flabello atque ab eunucho nihil metuentem. 2 EGO LIMIS SPECTO 'limis' si nominatiuus est singularis, transuersus significat, si septimus 20 pluralis, deest 'oculis'. 3 Nam 'limis' est transuersus, unde limen quoque dicitur, quod ingredientibus ex euntibusque transuersum est. cum igitur dissimulant se homines uidere quod uident et non recta facie sed transuersa intuentur, limes dicuntur aspicere.

602 54 SIC PER FLABELLVUM CLANCVLVM 'sic' δειπτικόν est et necessario additum, nam 'limis' et 'per flabellum' sine demonstratione parum intellegitur.

1 i. c. V || 3 uellet magis *TC* || 4 probatur *C*, perdatur *T* ||
 6 TVM] · N· *C*, enī *T* | istud *TC* || 7 iocunde *V* | faceret *TC* ||
 8 STATVS — corpori] staturi *TC* || 9 Ergo] hoc *T* | scema *V*,
 scena *TC* || 13 proaūt *T* | *se*] sed *TC* | quasi] quia *T* || 15 ab-
 sint *V* | <et> ubi *T* || 17 virginem somnus *V* | *occvpat*] opprimit
Ter. | compressa *C* || 19 expecto *TC* || 20 singularis est *TC* |
 transuersum *C* || 22 dicitur *om.* *T* | ingredientibus (-de-) *V*) *TV* |
 ex euntibus *C*, *om.* *T* || 23 transuersus *V* | est *om.* *TC* | dissimulat
C || 24 quod <*se*> *TC* | transuerso *C*, -*se* *T* || 26 sic] si *T* |
 δειπτικον *V*, * * * * * *TC* || 28 <*et*> parum *codd.*, corr. ed. pr.

- 601 53 4 LIMIS SPECTO cum limi dicantur obliqui genera-
liter, hoc tamen proprie de oculis dicitur.
- 603 55 PESSVLM OSTIO OBDO scilicet ut amoueret arceretque
auxilium uirginis.
- 604 56 1 QVID TVM FATVE quid enim praeter uitium 5
superest, ubi amator est adulescens et uirgo dormiens et
in clauso? 2 Grate explicata narratio est, quam audientis
curiositas finit et cuius in extrema parte maior attentio
est. 3 FATEOR 'me fatuum, qui hoc quaesiuerim' sub-
auditur. 4 AN EGO OCCASIONEM uide quanta dixerit: non 10
'uoluntatem' sed 'occasionem', non 'animaduersam' sed
'ostentatam', non 'hanc' sed 'tantam', non 'angustam' sed
'breuem', non 'appetitam' sed 'exoptatam', non 'repenti-
nam' sed 'insperatam'. 5 Et bene 'insperatam': aliud
enim sibi promiserat, ut supra diximus (*ad v. 36*), non 15
quod pictura occasioque persuasit.
- 606 58 TVM POL EGO <IS> ESSEM eunuchus scilicet.
- 607 59 1 SANE HERCLE VT DICIS deest 'ita est'. 2 SED
INTERIM DE SYMBOLIS QVID ACTVM EST bene memor est per-
sonae quam induxit poeta per hanc interrogationem. 20
3 SED INTERIM DE SYMBOLIS παροιμιῶδες· ἀλλὰ περὶ τοῦ
χωριδίου;
- 608 60 1 FRVGI ES utilis et necessarius, ut fruges humano
generi. 2 'Frugi' est ergo, in quo est aliquid quo
fruamur, id est utamur. 3 DISCVM 'Discum' nomen est 25
proprium.

1 SPECTO] excepto *codd.* | limis *TC*, limis *V* || 2 pro de *T* ||
3 hostio *TV* | ammoueret *C* | -que *om.* *TC* || 5 FATVE] f. *V* |
uictum *T* || 6 est *om.* *V* | et 2.] ic ut *vid.* *T* || 7 gratis *T*, glate
C, gutte *V* || 9 me in ras. *V*², quae *C*, q3 *T* | quesierim *T* ||
10 uide — occasionem *om.* *C* || 11 uoluptatem *T* | non — ex-
optatam *om.* *T* | animam aduersam *C* || 13 adpetitam *C* || 19 d.
s. q. a. est *V* | simbolis *TC* | est personae *sscr.* *V*² || 21 sim-
bolis *codd.* | παροιμιῶδης (οι in ras. m. 2) &μὰ περὶ τοῦ χωριδία
V, ***** * * * * * *TC* || 23 fugi *T* | utilis et] ut illi se *TC* |
frugi es *TC* || 25 utamur] fruamur *TC*

- 609 **61** 1 SED TANTO OCIVS PROPEREMVS 'properemus' dixit
pro ambulemus. 2 MVTA VESTEM haec *οἰκονομία* <est>
ad id, quod in domum Thaidis redditurus est Chaerea.
- 610 **62** 1 VBI MVTEM PERII uultu ostendit quod subauditur
'nescio'. 2 NAM DOMO EXVLO deest 'prope' aut 'ueluti', 5
ut sit: prope iam exulo. 3 'Exulo' duobus modis di-
citur: et de loco in quo exul est et de loco ex quo electus
est. 4 METVO FRATREM NE INTVS SIT causas ostendit, cur
domo penitus ueluti exulet.
- 611 **63** PATER NE RVRE REDIERIT praeparatur iam inter- 10
uentus senis. et est *ξεῦγμα* ad superiora, nam et hic
'metuo' subaudiendum est.
- 612 **64** 1 IBI PROXIMVM EST VBI MVTES hoc est: domus
mea. 2 RECTE DICIS EAMVS ipsa uerba quodammodo
festinationem sonant. 15
- 613 **65** QVO PACTO PORRO 'porro' postea, deinceps.

IV.

1.

- 615 **1** 1 ITA ME DI AMENT QVANTVM EGO ILLVM VIDI ea
persona quaesita est, quae terribilem credat militem, ut
eo magis in experiundo uanus ac ridiculus esse possit.
2 ITA ME DI BENE AMENT hoc loco post scaenam quid 20

1 TANTO] tn C | PROPEREMVS] pro V, proeremus C | propa-
remur T, om. C || 2 Mira uestem C | hanc V | *δικονομία* V,
***** C, om. T | est add. Steph. || 3 ad id V, addid T, addit C |
chremes codd., corr. Steph. || 4 ostenditur V | subadditur T || 5 exuo
ex exeo corr. C | esulo (*sic semper*) T | reluti T, eielicti C || 7 <et>
in C | quo <loco> TC | est in ras. V² || 8 frater C, fr || V |
siet V | causā T || 9 domos C || 10 iure T | <et> paratur V,
praeparat T || 11 est] esi TC | *ξευγμα* V, *** TC || 12 est sub-
audiendum TC || 13 VBI MVTES] u · m · V, mutes TC || 14 EAMVS]
e · V || 15 festinatione C || 16 PORRO] p · V | porro om. CV ||
17 dii codd. | <bene> ament V | AMENT om. T | q · e · i · T | VIDI
om. TC || 18 est om. TC | interibilem T | ut om. T || 20 dii codd. |
b · <et> a · T | loco et quid om. TC

gestum sit, hoc est in conuiuio militis, ancilla demonstrat,
ut iam quae in proscaenio gerantur, ex his possimus
agnoscere.

616 2 NEQVAM ILLE HODIE <I.> 'illum' et 'ille insanus' sic
affertur, ut omnibus insuauis miles esse noscatur. 5

617 3 NAM POSTQVAM ISTE ADVENIT instanter admonet, qui
sit Chremes.

618 4 1 MILITEM ROGAT et hic quasi de odioso 'militem'
dixit, non 'Thrasonem'. 2 CONTINVO IRASCI ut riuali.

619 5 1 NEQVE NEGARE AVDERE ut amicae poscenti. 10

2 INSTARE VT HOMINEM INVITET uide impudentiam mere-
tricis: primum petit, ut eum iubeat admitti, post ut in-
uitet, quod est maius.

620 6 ID FACIEBAT RETINENDI ILLIVS CAVSA admonet specta-
torem, ne existimet altero riuali iniuriam fieri Phaedriae. 15
et simul hic προπαρασκευή est uirginis agnoscendae.

622 8 1 INVITAT TRISTIS MANSIT IBI CVM ILLA adulescens
scilicet. 2 Et MANSIT pro remoratus est, id est accubuit
nec recessit. <nam id> 'mansit' significat. 3 Si miles,
'mansit' passus est; si Chremes, 'mansit' immoratus est 20
conuua; nec enim statim discessisse accipiendus est.

4 TRISTIS inuitus, non libenter, ut e contrario Vergilius
(*Aen.* V 236—37) 'uobis laetus e. h. c. i. l. t. c. a. a.

1 in *om.* *T* | demonstrat *om.* *TC* || 2 quae] est *TC* | geran-
tur *Klotz*: geruntur *V*, *om.* *TC* | possumus *TC* || 4 illis et ille
insanus *C*, ille callide insanus *V* || 5 effertur *Steph.* || 7 cremes
<et> *T* || 8 hic *W.*: hoc *codd.*; hoc loco *Schoell* | milite *codd.*,
corr. Steph. || 9 dicit *T* | nam *C* | transonem *T* || 10 AVDERE]
a. *V* | amicum *TC* || 11 ut homini inuito (-ro *C*) *codd.* || 14 ID
om. *TC* || 15 alteroⁱ (*corr. m. 2 = dett.*) *V* | <est> hic *V* ||
16 προτὰ παρασκεύη *V*, ***** *TC* || 17 Inuitat t. *V*, inmutat
tristus *T* | m. i. c. i. *V* | ILLA] illo *Teuber* | adolescenter *T* ||
18 Et *om.* *C* || 19 nam id add. *Schoell* | si miles *Bentley*:
simile est *codd.* || 20 si *Bentley*: sic *codd.* | mansit 2. ed. pr.:
nam sit (sic *TC*) *codd.* || 21 conuitia *T*, comitia *C* | nec enim
statim *W.* duce *Schoellio*: necessitatim *V*, -ti *TC* | discessit *CV*,
disces *T*, corr. *W.* || 22 e. om. *T* | uirg. <*****> *TC* ||
23 e. h. c. i. l. t. a. a. u. reus *V*, s. (si; = scilicet *T*) h. c.
i. L. t. a. a. v. reus *C*

u. reus' et (*Ter. Eun. III 5, 48*) 'accipio tristis' eodem modo. 5 SERMONEM OCCIPIT 'sermonem' colloquium dicit.

623 9 1 MILES VERO PVTARE ANTE OCVLOS SIBI ADDVCTVM AEMVLVM plus dixit 'adductum' quam 'admissum'.

2 Et simul quia uidebat furibundum Chremetem, totum 5 crimen reuocat ad Thaidem. 3 Et haec est causa, cur a milite in eius domo nullam rixam patiatur Chremes.

624 10 1 VOLVIT FACERE CONTRA HVIC AEGRE 'huic' Thaidi, non adducto. 2 HEVS INQVIT PVER hic ostenditur, quod supra (*III 1, 50 sq.*) est apparatum. 3 ACCERSE PAM-10 PHILAM non 'prouoca' sed 'accerse', quia non est aptum militi.

625 11 1 VT DELECTET HIC NOS quasi dicat 'quod haec non facit'. 2 Sed delectare fidicinae est, quia supra (*I 2, 53*) de illa dixerat 'et fidibus scire'. 3 Et bene 15 'hic', quasi: <ubi> insuauiter nunc tractamur. 4 ILLA EXCLAMAT non 'respondebit' inquit, sed 'exclamat'.

5 MINIME GENTIVM hoc magis mirum 'minime gentium', quam 'nusquam gentium'.

626 12 1 IN CONVIVIVM ILLAM ἐμφατικῶς, ut (*Verg. Ecl. 20 III 25*) 'cantando tu illum?' 2 ILLAM deest 'accersis'. et est figura ἀποσιώπησις. 3 MILES TENDERE proprie dixit 'tendere', quod significat pertinacem contentionem. Vergilius (*Aen. XII 553*) 'uasto certamine tendunt'.

4 INDE AD IVRGIVM subauditur 'uentum est'. 25

627 13 1 INTEREA AVRVM SIBI CLAM MVPLIER DEMIT ne aurum pro uirgine, quod retinebat, amitteret. 2 Vel

1 <ex> eodem *TC* || 2 meo *T* | OCCIPIT] o · *V*, occipi (acc-
C) *TC* | sermo *V* | dicitur *V* || 3 PVTARE — AEMVLVM] p · a · o · s · a ·
e · *V* || 5 furibundum] furibundus *Schoell*, pudibundum *Bentley* |
chremem (chremetem *TC*) <et> *TCV* || 6 haec om. *V* | est om. *C* ||
8 uoluit f · c · h · e · *V* || 9 PVER] p · *V* | hic *V*, om. *TC* || 10 est
om. *T* || 11 prouocasset (-se *C*) accerse *TC* || 16 quasi <dicat>
dett. | ubi add. *W.* || 20 in conuiuia illa *TC* | ἐμφατικωσ *V*,
***** *C*, om. *T* || 21 illum] illico *TC* | ἀποσιώπησισ *V*,
***** *TC* || 23 tende *C* | pertinationem *TC* | continentiam
C || 26 Interea a · s · c · m · demit *V* || 27 per iurgium quod
renuebat *Westerh.* | admitteret *T*, acmitteret *C*

AVRVM DEMIT ut esset ad fugam expeditior uel ad rixam.

3 Opportune 'mulierem' dixit, non 'Thaidem', ut ostenderet malitiam sexus.

- 628 14 1 HOC EST SIGNI VBI PRIMVM POTERIT ad quam rem 'signi'? utrum: hoc est signi, quam ob rem me- 5 tuam, ne quam ille hodie insanus turbam faciat aut uim Thaidi (v. 2)? an: hoc est signi, unde scio quod ubi primum poterit, illinc <se> subducet? 2 Erit igitur subaudiendum hic 'unde' et 'quod', ut sit: unde scio quod ubi primum poterit. 10

2.

- 629 1 1 DVM RVS EO COEPI EGOMET hic nunc causa narratur, cur statim in urbem redeat Phaedria, qui discesserat abfuturus biduum ob tollendum iurgium militis, sed importune redit. 2 DVM RVS EO COEPI EGOMET iam tempus est reuocandi in scaenam Phaedriam, postquam acta sunt 15 omnia, quae illius absentiam desiderabant. 3 COEPI EGOMET MECVM ordo: coepi aliam rem ex alia cogitare.

4 INTER VIAS figurate et noue 'inter uias'.

- 631 3 ET EA OMNIA IN PEIOREM PARTEM utrum subauditur 'cogitare' an 'ibant' 'uergebant' aut quid tale? 20

- 632 4 1 DVM HAEC PVTO id est aestimo, ut (*Verg. Aen. VI* 332) 'multa putans sortemque animi miseratus iniquam'.

4 hoc est signi u · p · p · V || 5 est om. TC || 6 hodie ille (ex illam corr. C) TC || 7 signi om. T || 8 subducere C || 9 erit in ras. V* | igitur <quod (del. V)> TCV | hic Goetz: sic T, sit CV | unde] ut T | ut sscr. V* || 10 <et> quod TC || 11 EGOMET] 2 m · T | uariatur TC || 12 cū T | phaedria C, om. rell. | <at> qui C, <at> que T || 13 ^{ab}futurus (sscr. m. 2) V, futurus TC | ob<tol (in mg. m. 2)>lendum iurgium militis sed importune V, tolle (-li T) uirginum m * * tis se importune (se in op- C) TC || 14 coepi] c · V | EGOMET] e · m · V, 2 m · T | in scaenam] nam C, non T || 16 qui T | assensia T | desiderabam TC, -bantur V | Coepi e · m · V || 18 uias] uiam T || 20 ibant <aut> T || 21 duc hec reputo TC | id est] et T | estimo V, existimo TC | ut] et TC || 22 forteisque C | animo T

2 An ἀφαιρεσίς pro 'reputo'? putamus enim instantia, reputamus praeterita.

635 7 1 VBI AD IPSVM VENI DIVERTICVLVM 'diuerticulum' est, ubi iter de uia flectitur. 2 Et proprie, quia diuerticula dicuntur in uia domicilia, ad quae de itinere diuertendum sit. 3 CONSTITI plus est nunc scientem restitisse quam praeterisse nescientem.

636 8 HEM BIDVVM H. M. E. <'hem'> interiectio laborantis animi; 'biduum' sic pronuntia ut longum nimiumque tempus; tum deinde 'hic' tamquam in loco solo atque tristi. 10

637 9 1 SOLI SINE ILLA scilicet sine illa. 2 Aut sine alio oblectamento. 3 SINE ILLA satis amanter. 4 SINE ILLA iam causa est, cur biduum grauetur loco tristi, cur solacium conquirendum. sunt autem qui idem putent esse 'soli' 'sine illa', ut 'sine illa' ἐξήγησις eius sit quod 15 dixerat 'soli'.

638 10 NIHIL EST QVID NIHIL SI NON ETC. amantium disputationes intermiscent quaedam consilia sanae mentis, quae tamen statim resurgentis amoris saeuitia deuincantur.

639 11 EHO NE VIDENDI QVIDEM ERIT 'echo' ridicule additum, 20 tamquam omnino non secum loquatur sed cum altero.

640 12 1 SALTEM HOC LICEBIT bene bis dictum 'licet' 'licebit', quasi de re magna loquatur. totum ergo amatorie. 2 CERTE EXTREMA LINEA et hoc recte, quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima uisus, secunda 25

1 an ἀφαιρεσίς] αναφέρεσίς V, anae · p · c · e · i · c · C, om. T || 3 ubi ad ipsum u · d · V || 4 <ueritetur> flectitur C || 5 ad quae] atque TC || 6 est om. TC || 7 praeterisse C || 8 h. m. e.] hic manendum est C | hem add. Klotz || 10 hinc TC | solo loco TC || 11 SOLI SINE] solis me TC | scilicet] s · V, soli TC | Aut] ac T || 12 illā T | amantem TC || 13 causa V, cause TC | ioco C | tristis V, tristis TC || 14 conqrendum TC | aut T | idem om. TC || 15 solus TC | ut dett.: aut TCV | ex se gessisse iussit TCV, corr. ed. pr. || 17 EST om. TC | qvid] qui id TC, quid id V | etc. om. TC | amantum C || 18 sanae V || 19 tamen] euqtū T | deuincuntur TC || 20 ehone u · q · erit echo V, echo ne uidendi quidem merite (-tis T) hō TC || 21 loquitur T || 22 saltim TC || 25 ad om. TC

alloquii, tertia tactus, quarta osculi, quinta coitus.

3 An sic dixit 'extrema linea', quemadmodum dicitur longis lineis quid fieri, id est de longinquo?

641 13 1 AMARE HAVD NIHIL EST 'amare' modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus (*I 1, 67*) 'prius adero quam te amare desinam' et (*Bacch. fr. 14*) 'sine te amem'. 2 VILLAM PRAETEREO SCIENS sciens quidem, sed non minus amator quam prius.

993 23 1 COMPREHENDERE I. ET C. quo dicto uim ingentem inferri significat Chaereae. 2 COMPREHENDERE I. ET C. comprehendere significat strictim in facinore reprehensum.

994 24 1 AVDACIAM M. s. maior ἔμφασις accusationis est per pluralem numerum quam per singularem. sic alibi 15 (*I 1, 2–3*) 'an potius ita me comp. non per. meretricum contumelias?' 2 AVDACIAM MERETRICVM ueteratorie auertit iram senis a se atque a Chaerea et deriuat in meretricem.

3 NVM QVID EST ALIVD MALI DAMNIVE bene interrogat, quia omnia inuitus seruus dicere uidebatur. 4 *Et cum et 20 damnum malum sit, de proximo collatum discernitur et damnum ad emptionem eunuchi, malum ad comprehensum pertinet et constrictum Chaream.*

996 26 CESSO EGO HVC INTRO RVMPERE in tantam formidinem coniectus est senex, ut non miremur, quod tam subito 25

1 pro 2. om. C | et 2. sscr. C | mecho C || 2 <et> pro mecho V, om. C || 3 mecho C || 4 mecho postea C, m·p· V | ntrime pro uia C || 5 eunuchus ex -um corr. C || 6 mecchus C | meretrici C || 7 transilierit <in> V, insultauerit C || 8 accusationem C || 9 me. C | to] totum C || 11 i. ET C.] et i. V, et c. C (i. e. c. vel intus et constrixere dett.) || 12 i. ET C.] et i. V, o. C || 13 strictum C | deprehensum ed. pr.; an preh-? || 14 s.] c. C | enfasis V, emphasis C || 16 ita — per.] sit ac non p·m· c. C | com. V || 17 contumeliam CV | ueteratorie (corr. m. 2 = dett.) V || 18 diriuat V || 19 aliud m·d· V || 20 in-tus (sscr. m. 2) V, intus C | Et om. C || 21 malum om. C | conlatiṣ V || 24 hoc i. V || 25 est senex V, seruus est C | miremur V

nuptias firmet ephebi et uirginis quamuis <non> honestae, tantum quia ex ingenti metu uel indigno matrimonio filii uitam pacisci uellet.

997 **27** NON DVIVM EST QVIN MIHI MAGNVM MALVM EX HAC RE SIET suave est nescire personas quid agat poeta: ita 5 non periclitaturus Parmeno.

998 **28** 1 NISI QVIA NECESSVS FVIT HOC FACERE ‘necessus’ nomen est. nam ‘necessus’ et ‘necessis’ et ‘necessitas’ et ‘necessum’ lectum est. 2 ID GAVDEO ut scilicet succurret 10 Chaereae periclitanti.

999 **29** 1 PROPTER ME plus dixit, quam si ‘per me’ diceret.

2 HISCE ALIQVID meretricibus, non adulescentibus. et item pluraliter suo more, ut (*v. 24*) ‘audaciam meretricum specta’ et (*I 1, 3*) ‘non perpeti meretricum contumelias?’

15

1000 **30** NAM IAM DIV ALIQVAM C. Q. S. nota ‘causam’ pro occasione.

1001 **31** 1 QVAM OB REM INSIGNE ALIQVID FACERET manifestius hoc Menander explicat iampridem infestum meretrici senem propter corruptum ab ea Phaedriam, nunc demum se in- 20 uenta occasione vindicaturum. 2 QVAM OB REM quamvis dixisset ‘causam’, intulit ‘quam ob rem’. 3 INSIGNE ALIQVID magnum et nobile facinus. 4 FACERET IS N. R. *ἰδιωτικῶς* dixit.

1 firmet <et (in *C*)> *CV* | non add. Steph. | honeste *V*, -ste *C* || 2 tantum (*in tamen corr.*) *C*, tamen *V* (tum *dett.*) || 3 uelit Steph. || 4 MIHI om. *C* | MAGNVM om. *V* | ex h. s. *V*, ex hoc siet *C* || 5 quod *V* || 7 n. f. h. f. *V* || 8 est om. *C* || 9 est om. *C* | scilicet ut *dett.* | succurratur *ed. pr.* || 11 PROPTER] post *C* || 13 audacia *C* || 14 meretricum cont. *V*, contumeliam. er. r. *C* || 16 aliqua *CV* || 18 quamobrem i. a. f. *V* | manifestus hic *C* || 19 meretricem *C* || 20 propter *W.*: post *codd.* | habeat phaedriam *C*, cheream driam *V* || 23 IS N. R.] is iam *C* || 24 *ἰδιωτικῶς* *V*, ***** *C* | post dixit legitur schol. *V 6, 23 extrema pars* ‘Nunc — noctu’.

6.

- 1002 1 1 NVMQVAM EDEPOL QVICQVAM IAM DIV Pythias egreditur uelut irrigura Parmenonem, ut ipsa putat; egredi autem a poeta cogitur, ut doceat populum, quid intus egerit senex. 2 Ergo persona cachinnans inducitur quaerens Parmenonem aspectuque eius ob nimium risum 5 uix loqui posse. 3 NVMQVAM EDEPOL Q. rarum est euenire quod uelis, et quod maxime uelis, est rarum magis.
- 1003 2 INTRO AD NOS V. E. non gressu 'errans' nec uia, sed animo et opinione. 10
- 1004 3 MIHI SOLAE RIDICVLO F. 'solae': regulariter dicitur 'soli', nam recte; 'solae' antique, ut alibi (*Heaut. II 3, 30—31*) 'alterae dum n., f. a.'
- 1005 4 1 QVID HOC AVTEM ridentem miratur Parmeno.
2 NVNC ID PRODEO propter id. 15
- 1007 6 1 QVID RIDES PERGIN ex huius uerbis ostendit, quam multum rideat petulans puella. 2 PERII proprie hoc uerbum est <eius>, quae sit lassa ridendo.
- 1009 8 NVMQVAM POL HOMINEM STVLTIOREM V. N. V. postquam 'rogitas' <dixit>, quasi narratura uidebatur, <sed> 20 rediit ad insultationem.
- 1010 9 QVOS LVDOS PRAEBVERIS I. ex errore et metu nimio senis creditis constrictum filium se offensurum in domo meretricis.
- 1011 10 AT ETIAM PRIMO C. ET D. C. H. haec omnia sic 25 in scaena pronuntiata sunt, ut risu interrumpi uerba
- 1 quisquam C | tam C, (*ex iam corr. m. 2*) V || 2 irrigura C ||
3 autem] aut C || 4 chachinnans V, c̄ha chinans C || 6 e·q· V ||
7 est (*id ed. pr.*) rarum *om.* C || 9 v. E.] errans V || 11 ridiculo
f· V, ri· fui· C || 12 nam] non C || 14 minatur C || 15 NVNC]
num V | propter *ed. pr.*: post V, p̄t̄ C || 18 eius add. W.;
aptum *dett.* || 19 numquam pol hominem st·u·n·u· V, num-
quam stultiorem o·n·u· C || 20 cogitans C | dixit add. W.
(dixerat Steph.) | sed add. Westerh. || 22 PRAEBVERIS] p·V | 1]
et V, *om.* C | metu nimio sscr. V² || 23 ostensurum C || 25 id
etiam · p · c · et · c · d · z · e · c · h · C || 26 pronuntianda *dett.*

puellae uiderentur, maiorisque insultationis est, si is qui fatigat alterum dicat se ante de illo multum sensisse.

1012 **11** 1 QVID ILICONE CREDERE non ideo hoc dicit, quod personae suae fidem deroget, sed quod res incredibilis fuerit quam illi persuaserit, aut certe si credendum fuerit, non statim neque examinata neque facta rei cognitione.

2 ILICONE C. obiurgatio de tempore.

1013 **12** 1 AN PAENITEBAT F. illud quod supra, a stulto, hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit; illud ab imprudente, hoc quod peius est, a sciente. 2 AN P. F. 10 parum uidebatur. ipse alibi (*Heaut. I 1, 20*) ‘quantum hic o. f. p.’; Plautus in Truculento (*II 6, 52*) ‘paenitetne te quod ancillam solam?’

1014 **13** 1 NI MISERVVM E. I. P. I. duo obicit: unum quod male consuluerit, alterum quod prodiderit male consulta 15 sua. 2 *Et* bene ‘indicares’, nam indicium dicitur eius qui una peccauerit.

1015 **14** NAM QVID I. C. adulescenti scilicet.

1014 **13** 3 NI MISERVVM ET I. P. I. ad inuidiam Parmenonis miserum dicit adulescentem eo modo, quo Iuno Venerem 20 accusans ait (*Verg. Aen. X 89—90*) ‘an miseros qui Troas Achiuis obiecit?’ sic enim agimus, cum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris remouemus.

1 est in esse corr. *V²* (= dett.) || 2 fatigata uerum *C*, fatigat *V* | sensisse] risisse male dett. || 3 quod (qui *V*) ilico crediderit (-idit *C*) codd. | ideo om. *C* || 5 quam *V*, cum *C* || 6 non Steph.: non aut *V*, aut *C*; non autem dett. *Fort.* non tamen; *an* haud? | exanimata codd., corr. *Westerh.* || 7 ilico nec *C* || 9 dicit] d. *V* | fieri a malo *C* || 10 ab insciente *V* || 12 o.] c. *C* || 13 quot ancillas alam *Gulielm.* || 14 nimis erupe. i. i. i. *C*, nimis erumpere *V¹*, ni miserum e. p. i. i. i. *V²* || 15 prodierit *V*, (*post male*) *C*, corr. ed. pr. | consilia *C* || 16 indicta res *C* || 18 quid illi creditis in ras. *V²*, quid i. l. o. *C* | adolescentis c. *C* | scilicet in ras. *V²* || 19 ni mirum et id. p. i. *C* || 20 dicit] d. *C* || 21 accusamus *C* | an miserosque eroas a. o. *C* || 22 cum ab iis qui falso rei (ab — rei sser. m. 2) *V* || 23 culpa *C*

- 1016 15 QVID EST IAM SCIS TE P. hoc ^tnon^t stupentibus
dicitur ac fatentibus culpam.
- 1017 16 1 HEM QVID D. P. nunc demum intellegit Parmeno
se esse delusum. 2 ETIAM RIDES appetet eam ex huius
stomacho uehementius cachinnare. 5
- 1018 17 NOS IRRIDERE superbius dixit, quam si diceret 'me'.
- 1019 18 1 SI QVIDEM ISTVC IMPVNE H. subauditur 'tuum
nimium'. 2 VERVM irridentis interrogatio est.
- 1020 19 SED IN DIEM ISTVC P. E. F. Q. M. in longam dilata-
tionem, unde *dilatio est dicta diei prolatio*. 10
- 1021 20 1 TV IAM P. 'iam' nimiam uelocitatem significat.
2 NOBILITAS <F. ET E. INDICAS> duas res significat
simul: et cogis facere flagitia et facientem indicas.
- 1022 21 1 VTERQVE E. I. T. E. noua et mira tormenta, quae
pro exemplis narrantur aut quae documento sint ceteris 15
ne delinquent, exempla dicuntur. 2 Et 'edent' et
'edet' legitur. si 'edent', figuratum est; si 'edet', rectum.
3 Et plus est 'edet' quam 'dabit'.
- 1023 22 1 NVLLVS SVM hoc secum Parmeno. 2 HIC PRO
ILLO MVNERE T. H. E. H. A. εἰρωνικῶς et μεταφορικῶς: pro 20
munere et honos munerigerulis praeberi solet.
- 1024 23 1 EGOMET MEO I. M. Q. S. <H.> P. proprium soricum
est uel stridere clarius quam mures uel strepere magis,
1 scis t. per. C, s. t. p. V | hoc non V (dett.), lon C;
hoc nimium Goetz, hoc con(stup-) Schoell, hoc nota (.. dici)
Teuber || 2 dicitur ac patientibus culpam V, ac culpam patientibus
dicitur C; corr. Westerh. || 3 d. p.] dix. p. r. C || 4 dolosum
C | etiam r. V | eam] enim V || 5 cachinare C || 6 irridere in
ras. V², indicare C || 7 h. om. C | tum codd., corr. Westerh. ||
ta
9 in diem istuc V, in die istac C | dilatatione C¹ || 10 dilatatio C ||
11 p. iam] pend. nam C || 12 f. — INDICAS add. Steph. || 13 et
cogis V, in quo magis C | et — indicas om. C || 14 e. i. t. e.]
e. b. f. C, e. i. e. V | et] ac C || 15 narrentur C | documenta
V, om. C; -to W. (cf. IV 4, 24) || 16 non relinquant C | dicuntur
V | et redent et redet C || 17 redent et redet C || 18 dabit in ras.
V² || 19 hic pro illo ^{tibi} pro munere ho. est. ha. abeo. C ||
20 ironicos (yr- C) et metaforicos (methaph C) CV | pro munere]
pro m. V || 21 muneri g... ilis (!) C || 22 MEO] m. V | q.] c.
V | p.] i. C || 23 uel 1. om. C

cum obroudunt friuola. ad quam uocem multi se intendentes quamuis per tenebras noctis transfigunt eos. Plautus (*Bacch. IV 8, 47—48*) ‘confossorem te faciam soricina nenia’. 2 QVASI SOREX HODIE PERII quia latere potuit nec occidi, si taceret. 3 Nunc repetit prouerbium in eos, 5 qui ipsi se produnt, quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret uocem noctu.

7.

1025 1 1 QVID NVNC QVA SPE AVT QVO CONSILIO HVC IMVS reminiscere hunc esse, qui militi supra dixerit de Thaide (*III 1, 58*) ‘iam dudum te amat’ et rursus (*IV 7, 41—42*) 10 ‘iam haec tibi aderit s. u.’, et hinc uidebis, quos exitus habeat assentatio; nam idem militi auctor est summae desperationis. et animaduerte, quod semper a mensa inuitus abstrahatur; nam et supra, cum ad litem uenitur, ex uerbis Thrasonis manifestum est Gnathonem inuitum 15 sequi, ubi dicit (*IV 7, 1—2*) ‘hancine ego ut contumeliam tam insignem in m. a., G.? m. m. s. est’. 2 *Et* bene ‘qua spe aut quo consilio’, tamquam omnia expertus et nec muneribus gratus nec terroribus metuendus. 3 QVID NVNC Q. S. A. Q. c. parasitus intellegit quid agat miles, 20 sed ad hoc inducitur interrogare militem, ut populus audiat, quo consilio ueniat ad Thaidem. 4 QVID NVNC

1 ad] ait *C* || 2 transigunt *C*, transfigant *V* || 4 menia *C*, uenia *V* | h. p. *C* || 5 Nunc — noctu *in fine superioris scaenae leguntur in codd.* | repetit *ex* reperit *corr. C¹*, repperit *ex* reperit *corr. V²* | in eos] meos *C* || 6 caperetur facile *C* || 8 <*aūt*> bua spe *C* | hic imus *C*, h. i. *V* || 9 milite *C* || 11 tibi hoc *C* | et hoc *C* | quod *C* || 12 adsentatio *V* | idem *om. C* | auctore (*om. est*) *C* || 13 despectationis *C* | inuitus a mensa *C* || 15 inuictum *C* || 16 ubi *om. C* | ego *om. C* || 17 insignem — est] i. a. g. o. c. mens est *C* || 18 et *om. C* || 20 nvnc] n. *V* | a. — intellegit] ap-paratis intelligat *C*, a parasiti^o intelligit *V* (a parasito intelligi-tur *dett.*), *corr. Steph.* || 21 ad *sscr. C¹* | populis *ut vid. C* || 22 quid n. q. spe. *V*

QVA SPE summa desperatio est apud militem reconciliandae amicæ ad hoc, ut aequo animo ferat admitti Phaedriam, dum ipse quoque recipiatur; nam neuter in fine fabulae contristandus est. 5 QVID INCEPTAS T. incipere magnorum facinorum est et audaciae.

1026 2 1 VT THAIDI ME DEDAM post inductionem belli et instructionem pugnae quid sequatur nisi deditio superatorum? 2 ET FACIAM QVOD IVBEAT proprie, nam in ditione uictores iubent, uicti obsequuntur.

1027 3 1 QVI MINVS Q. H. et hic Terentius exprimit con- 10 suetudinem, in qua ignauis rationes criminum et exempla suppeditant; nam sic et supra (*IV 7, 13*) de Pyrrho.

2 OMPHALAE Lydiae reginae. Omphala Herculem seruentem sibi etiam ad lanificium compulit, cum ipsa calathum et colum cultusque femineos sagittis, claua, 15 leonis tegmine mutauisset. 3 SERVIVIT OMPHALAE sub- auditur 'ego seruiam Thaidi?'

1028 4 1 Vtinam tibi c. v. s. c. commitigari est tundendo deprimi atque deponi. 2 SANDALIO CAPVT plus dixit 'caput' quam aliam partem corporis [dicere] uerberari. 20 3 Et mire: calciamento caput.

1029 5 PERII QVID HOC AVTEM EST MALI eunuchi habitu Chaerea, sed uirili confidentia prosilit et militem uelut noui riualis terret aspectu.

1030 6 HVNC EGO NVMQVAM VIDERAM ideo Chaereum miratur. 25

1 summa post est C | 2 amicitie C | admitti] ad militem C || 3 neuter Bentley: ne ut erit codd. | in fine] sine C || 4 contractanda is est C | acceptas C; coeptas Ter. | incepere C || 6 m. d. V, medelam C || 7 sequatur V, sequebatur C || 8 q. i. V | inductione C || 9 obsecuntur C || 10 quid m. q. h. V, qui minus herc. C || 11 inquam ignaus C || 12 subpediant C || 13 Omphile C | Omphala V, Omphila C || 14 etiam] et C || 15 sagittis <. f. > C | tegimine C || 17 seruiūt omphale C || 18 utinam. t. e. u. s. e. commitigati C || 19 CAPVT] c. C || 20 <si> aliam Steph. | dicere secl. W.; diceret Steph. || 22 PERII p. i. i. C | autem hoc est m. V | habitum C || 25 hunc ego n. u. V | ideo om. V

8.

- 1031 1 1 o POPVLARES ECQVIS ME VIVIT h. f. hic persona
Chaereae est feruens gaudio ut adulescentuli et in pro-
speris rebus. 2 o POPVLARES ECQVIS ME VIVIT h. f. non
mirum est, si insane exsultat nuptiis, qui iamdudum ob
id solum, quod uitiauerat uirginem, laetabatur. 5
- 1032 2 1 NEMO HERCLE QVISQVAM et interrogauit et re-
spondet sibi. 2 NEMO HERCLE Q. παρέλκον tertium.
- 1033 3 CVI TAM SVBITO TOT c. c. 'tam' qualitatis, 'tot'
quantitatis est.
- 1034 4 QVID HIC LAETVS EST inuenta persona est, propter 10
quam gesta hic narrat Chaerea, ut et populus et miles
instruantur et sciant, quid intus gestum sit.
- 1035 5 1 INVENTOR INCEPTOR <PERFECTOR> inuenire sa-
pientis est, incipere audacis, perficere constantis: ergo
plena laudatio est. 2 Et constat hoc Chaereum lauda- 15
tive dicere, nam in subditis solum consilium attributurus
est Parmenoni. 3 SCIS ME IN QVIBVS SIM G. σύλλημψις est.
4 Et nota 'scis me', cum sufficeret 'scis'. 5 Ergo
abundat 'me'. et est figura ἀρχαισμός.
- 1036 6 1 SCIS PAMPHILAM MEAM amatorie dixit 'meam', — 20
2 Vel potius 'sponsam meam'. — id est quam amo.
3 INVENTAM cognitam. 4 CIVEM deest 'esse'. 5 SCIS
s. m. deest et 'esse'. et est 'sponsam' nunc participium.

1 et quis *codd.* | vivit] u. C || 2 adulescentulo C | et in
dett.: et V, ut in C || 3 et quis V, e. q. C | ME — F.] m. u. C ||
4 insultat in nuptiis C | quia iamdudum V, quam dudum C ||
6 QVISQVAM] q. quae V | et 1. om. C | respondit C || 7 HERCLE]
h. V | parelcon *codd.* || 8 c. c.] contigere C || 10 quid h. l. est
V | <et> in uestra est persona C | propter W.: per *codd.* ||
11 quia C | hic W.: huic CV¹, haec V² (dett.) | narra cheream
C | ut et W.: et C, et V, ut dett. || 12 instruatur C | et W.:
ut *codd.* || 16 laudaturus est parmeno C || 17 scin m. V | g.
ga. V | silensis V, silepsis C | est om. C || 18 Ergo et 19 me
om. C || 19 archaismos C, archasmos (i m. 2) V || 21 id est] et
deest V || 22 deest esse] id est esse V, id esse C || 23 sponsa
codd., corr. ed. pr.

- 1037 7 AVDIN TV HIC QVID AIT hoc uultu mutato et con-
turbato dicitur.
- 1038 8 1 AMOREM OMNEM i. t. bene 'in tranquillo', quia
mari et tempestatibus nimia amicac mobilitas et instabi-
litas comparatur. sic Horatius (*c. I 5, 5—9*) 'simplex 5
munditiis, heu quotiens fidem mutatosque deos flebit et
aspera nigris aequora uentis et mirabitur insolens, qui
nunc te fruitur credulus aurea' etc.
- 1039 9 1 THAIS PATRI SE COMMENDAVIT IN C. ET F. N. D.
hoc est, quod profuit Phaedriae. 10
- 1038 8 2 VNA EST DOMVS propter Pamphilae nuptias.
- 1039 9 2 IN CLIENTELAM ET FIDEM 'in clientelam' ut ametur,
'in fidem' ut defendatur.
- 1040 10 FRATRIS IGITVR T. T. EST bene 'tota', ut ne ex
parte quidem sit militis. 15
- 1041 11 MILES P. F. sunt gaudia ex nostris bonis, sunt
gaudia ex aliorum malis, hostium aut inimicorum. ergo
utrumque genus gaudiorum complexus est.
- 1042 12 VISAM D. bene 'domi' quaeritur amator exclusus,
nam neque ruri est neque in foro. 20
- 1043 13 1 PERPETVO PERIERIM quia illud periisse supra
(*V 7, 5*) temporale uidebatur. 2 QVIN EGO NVNC P. P.
hic iam militi nec seruiendi amicac, ut uidet, praebetur
locus.
- 1044 14 1 SINE DV BIO OPINOR quia non quis dicitur per- 25
petuo periisse. quid enim opus hac exceptione est,
- 1 quid hic ait *C*, hic q. a. *V* | turbato *C* || 3 i. t.] o.
i. r. *C* || 4 nimia *W*.: anima *C*, amnis *in ras. V* || 5 oraclis
(*in mg. al' oratius m. 1*) *C* || 6 mundicus *C* | deos — nigris] de-
fleuit aetas peranis *C*, defluxerat aetas per amnis *V* | et mira-
bitur *V*, et miratur *C*; emirabitur *Hor.* || 8 aurea] aut rei *C*
9 COMMENDAVIT] o. *V* | in clien. et fi. (*om. n. d.*) *C* || 11 DOMVS]
d. *V* | propter *W*.: post *codd.* || 12 clientelas *C* | FIDEM in] fingit
CV || 13 in fidem *V* || 14 frater ex -trem corr. *C* | tota . e . t.
C || 15 <tota> sit militis *V*, sit similis *C* || 19 d.] domi *C* |
amatore *C* || 21 PERIERIM] p. *V* | perisse *C* || 23 hic dett.: hoc
CV | uidet] apparel *V* (dett.) || 25 sine d. o. *V* | quis om. *C*||
26 quod *V* | expectatione *V*

quando nemo ita perit, ut temporaliter pereat et postea fiat non perditus? correxit parasitus stulti dictum militis, non illum 'perpetuo' sed 'sine dubio' periisse. 2 SINE DV BIO OPINOR 'te periisse': pro certo confirmatur periisse miles, ut post tot munera ex desperato supplex, ex supplice 5 patiens riualis exsistat. 3 QVID COMMEMOREM PRIMVM διαπόρησις oratoria, familiaris laudantibus. Cicero (*in Verr. II, IV 1, 3*) 'unde igitur potius incipiam?'; hoc autem fit, ubi omnia et magna uidentur et paria.

1045 15 1 ILLVM Q. M. D. C. attribuuntur personis consilia, 10 facta, casus, orationes. ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chaereae, casus fortunae *id est euentus*, oratio senis. 2 ILLVM QVI MIHI D. C. tria sunt in uita hominum: consilia, facta, successus. consilium animi est, factum corporis, successus fortunae. 3 ILLVM 15 Parmenonem scilicet.

1047 17 QVAE TOT RES T. T. O. IN V. C. D. eunuchum, pro quo duceretur, commendationem uirginis, absentiam mere-tricis, occasionem uitii inferendi, patris interuentum nuptias.

1048 18 1 AN MEI PATRIS F. <ET> FA. etiam patri imper- 20 tienda laus est; nam non erat transeundum 'festiuitatem <et facilitatem>', quod ut festiuus amori non obstitit, quod ignouit ut facilis. 2 *Et festiuitas in dictis est, facilitas in animo et factis.* 3 FESTIVITATEM laetitiam, ut 'festiuus dies est' (*cf. Eun. III 5, 12*). 25

2 non fiat C | correxerit C || 3 SINE DV BIO — certo W.: opinor te periisse pro certo sine dubio periisse C, <opinari respondens non enim contrarium sine dubio id> opinor te periisse sine dubio pro certo periisse *in mg. V²* (= dett.) || 4 periisse (2.) V || 5 tot W.: totum C, tanta V | munera C, munera V; funera Teuber | supplex V | ex ed. pr.: et codd. || 6 p. V || 7 διαπόρησις V, * * * * C | Cicero *om. C* || 8 haec? || 9 sit C | uidetur C || 10 c. d. CV || 11 orationes<que> C || 12 idem C || 13 c. d. V || 14 in uita] i. i. uia C || 15 factum *om. C* || 17 qui totam res o. i. u. c. d. C | in] m. V | quod produceretur C || 20 f. *om. C* | FA. *om. V* | laus inpercipienda C || 22 et facilitatem add. W. | quod W.: quam C, qua/// V | ut] et C | festiuus amori V, festiuum amorem (*in mg. al' amori m. 1*) C || 23 cognovit C | est dett.: et CV

- 1049 **19** DI VESTRAM FIDEM cito interuenit Phaedria, utpote
qui domi erat.
- 1050 **20** 1 QVAE NARRAVIT nimius affectus in utramque par-
tem defectus orationis amat. 2 Ergo ἔλλειψις est: deest
enim 'gaudia'. 5
- 1051 **21** SATIS CREDO sic dici uota agentibus solet. recte
igitur huic dicitur cui fient nuptiae 'gaudeo', et ille sic
respondet, ut amicis gratulantibus decet, id est 'credo';
ideo autem, quia multi se fingunt conlaetari, cum in-
uideant, gaudere cum doleant. 10
- 1053 **23** 1 MIHI ILLAM L. scilicet amatori eius. et 'mihi'
pronuntiatione iuuandum est. 2 PERII QVANTO MINVS S.
EST T. M. A. hic uero est ardor insanissimus, ut Vergilius
(*Ecl. II 1—2*) 'formosum pastor Corydon ardebat Alexin,
delicias d., n. q. s. h.' 3 *Et profecto sic est: sapientes* 15
spe maxime ad amorem coguntur, stulti forma tantum.
- 1054 **24** 1 OBSECRO GNATHO IN TE SPES EST mire quasi
desperatis omnibus auxiliis abiecta nimis supplicatio in-
ducitur. nam et 'obsecro' et 'Gnatho' id significat et 'in
te spes est'. 2 QVID VIS FACIAM non est hoc interro- 20
gantis sed ostendentis non esse quid faciat.
- 1055 **25** 1 PRECIBVS PRETIO nihil militi superest praeter
precem ut uicto <et> pretium ut diuiti. uide igitur,
quam sic res eant, ut persona eius +cum enigeri.
- 1 dii *CV* | utpote post erat *C* || 3 nimis *V* | effectus *C*
4 amat orationis *C* | ellipsis *V*, eclipsis *C* | est] et *CV* || 5 gaudeo
codd., corr. Teuber; audio. — GAVDEO Westerh. || 6 egentibus *C* ||
7 igitur *V*, legitur *C* || 8 id est] id et *C* || 9 autem om. *C* |
multis effingunt *C* | conlaetari om. *C*; congaudere dett. | in-
uidentur *C*, -dent *V*, corr. ed. pr. || 10 gaudere] gaudeant *C* || 11 amat-
ori eius *V*, amatorie uis *C* || 12 uitiandum *C* | mi · sp · e · ta · m ·
a · *C* || 14 coridon ardebat alexin delicias d · n · q · s · h · *V*,
cor · ar · al · del · do · nec · q · sp · hab · *C* || 15 sic et *C*, sic *V*, corr.
Steph. || 17 in te s · est *V* || 19 in te] rōē *C* || 20 FACIAM] f · *V* | hoc
om. *C* || 21 quid ex quod corr. *V* || 22 PRECIBVS PRETIO om. *V* || 23 et
add. dett. | ut pretium diuiti *C* | uide — sic *W*.: de igitur quam
sic *C*, nihil igitur aliud op<tat quam (*m. 2 in mg.*)> sic *V* (= dett.) |
ut persona eius cum ὄγη enigeri *C*, ut persona (sona *sscr.*
m. 2) thaidis conueniri possit *V* (dett.)

2 PRECIBVS PRETIO ἀσύνδετα uelut <uoce> afflcta et
lassa pronuntianda sunt. 3 PRETIO uarie, quia alibi
(II 3, 27) dixit 'precario'. 4 VT HAEREAM τὸ 'haereum'
ultimum genus beneficij est. 5 Et 'in parte aliqua', non
'in parte' dixit, ne aequa intellegatur. 6 TANDEM et hoc 5
desperantis et difficile credentis. 7 TANDEM non est
aduerbiu[m] temporis, sed nunc saltem significat.

1056 26 1 NOVI TE deest 'perfecisse'. sed ubique gestu plura
significat miles utpote infantissimus. 2 DIFFICILE EST
uultu et pronuntiatione et asseueratione firmandum est. 10

3 SI QVID CONLIBITVM EST ἔλλειψις pro 'si quid
conlibitum est, efficis'.

1057 27 1 QVOD VIS DONVM P. A. M. O. 'donum praemium'
est munus praemium. 2 Sed donum praemium dis
datur, munus praemium hominibus. nam separati[m] donum 15
deorum est, praemium uirorum est fortium, munus
hominum. 3 Et donum munusque tam ante factum
quam post factum datur, praemium non nisi post factum
est. 4 Donum uoluntarium est, praemium debetur.

5 Alii uero ἀσυνδέτως pronuntiant: primo 'donum' et 20
sic 'praemium' quasi unam partem orationis. 6 QVOD
VIS D. <P. A. M. O.> 'donum' petito ut a largo homine,
'praemium' ut pro claro facinore. 7 QVOD VIS DONVM P.

1 schol. 25, 2 ante 25, 1 legitur in V | asiteta sscr. V²,
asinthea C | uoce add. Goetz-Schoell || 2 lapsa C || 3 ut cheream
V | to V, tha C | cheream V || 5 in W.: enim codd.; an
enim <in>? | ne] ut V || 7 nunc temporis sed C || 8 perfeci C,
perfici V, corr. W.; perficere ed. pr. | ubi quod C || 9 insanissi-
mus C || 10 et 2. sscr. V², om. C | adseueratione V || 11 post
si QVID sscr. tibi V² (= dett.) | ellipsis V, eclipsis C | si quidem
C || 12 p̄f̄ficiis V || 13 donum ex bo- corr. C | p. a. me. C, a.
et p. o. V || 14 diis V, (ex dilis corr.) C || 15 minus C |
separati[m] V || 16 est 2. om. C || 17 manusque V, que munus C ||
19 uoluntarium V | praemium <non nisi post factum> debetur
C || 20 Alii — orationis fort. transp. post 23 facinore | ergo V |
ἀστιθετῶς V, sinthetos C || 22 d. om. V | donum — ^{uero} DONVM P.
om. C | p. a. m. o. add. Schoell || 23 pro claro W.: a praeclaro
(a sscr. m. 2) V

A M. O. I. O. F. donum optato, ob quod praemium accipias.

8 PRAEMIVM A ME OPTATO totum militariter, nam et optio dicitur et optari a militibus, ut 'uir fortis optet quod uolet praemium'.

1058 28 SI EFFICIO HOC POSTVLO VT MIHI TVA DOMVS TE PRAE- 5
SENTE ABSENTE PATEAT prouerbiale est 'praesente absente',
ut 'sursum deorsum', 'ultra citro' et cetera huiusmodi.
† quod 'fanda nefanda', 'iusta iniusta', 'digna indigna',
'uelit nolit'.

1059 29 1 INVOCATO VT SIT L. 'inuocato' non uocato, id 10
est *αὐτομάτως*: 'in' etenim et auget et minuit dictionem.

2 INVOCATO male intellegunt precibus uocato, cum
sit τῷ αὐτομάτῳ, id est etiam non inuitato: quin ultro
uenire debeat in suam domum.

1060 30 1 DO FIDEM iuro, confirmo, spondeo. 2 ACCINGAR 15
non quia facile est quod negauit supra (v. 26), sed suis
uotis parasitus adductus est *<ad>* conandum. ideo et
'accingar' dixit: sic enim dicimus in magnis rebus susci-
piendis, ut (*Verg. Aen. II* 235) 'accingunt o. o.'

1061 31 1 SALVETE supplex sine gratia et sine timore, 20
modo inimicus et infestus. 2 TV FORTASSE QVAE HIC
FACTA SIENT NESCIS hoc totum superbe et minaciter adu-
lescens.

1062 32 1 SCIO compendium poetae, ne rursus eadem dice-
rentur. 2 CONSPICOR commune uerbum est 'conspicor'. 25

1 A — F.] a · m · i · o · f · V, a me id optatum feras C |
donum optato] domi C || 2 optatum C, -tūm (corr. m. 2
= dett.) V || 3 et] nām V, nam et C | ut] ēt V, et C ||
5 officio C | POSTVLO om. C | ut mihi t. d. t. p. ab. p. V ||
6 PATEAT] ut pr̄ C | prouerbiale est] in prouerbiale V | absente
om. C || 7 et rursum C | cito C || 8 quod] quomodo? || 10 id est
ἀντόματοσιν etenim V, ***** et enim C || 13 sint codd.,
corr. ed. pr. | τῷ αὐτομάτῳ V, ***** C | inuitando codd.,
corr. Teuber || 14 doleat C || 17 adductus ex adultus corr. C |
ad add. Steph. || 20 et om. C | imore] honore Westerh. || 21 etiam
estus C || 22 facta sient (ie ex u corr. m. 2) nescis V, f · s · n ·
a | et] ac C || 24 scio <o.> C

1063 **33** 1 VOBIS FRETVS et hoc stulte: quis enim et riualibus et inimicis fretum esse se dicat? deinde ἀνακόλονθος et uitiosa responsio est: nisi enim addideris 'sum', erit soloecismus conueniens loquenti, impolito homini et militi.

2 SCIN QVAM F. 'esse debeas' subaudiendum est. 5

3 MILES EDICO HOC TIBI et contumeliose 'edico hoc tibi'. et proprie ut militi 'miles' inquit 'edico'.

1064 **34** 1 SI TE IN P. O. HAC id est casu inuenero. et 'in platea' inquit, non 'circa meretricis fores'. 2 [NIHIL EST] QVOD DICAS MIHI aut deest 'non <est>', ut sit: non 10 est quod dicas mihi, id est nihil est; aut 'quod dicas mihi' pro 'ut dicas mihi', ut sit 'quod' pro 'ut'; aut 'quod' pro 'quid enim', <ut sit: quid enim> dicas mihi. certum est autem ueteres sic locutos esse.

1065 **35** 1 ALIVM Q. aut 'alium' pro 'quendam' posuit, ut 15 sit: quendam quaerebam, id est aliquem; aut 'alium' hoc est: non quem tu putas, hoc est: alium, non Thaidem. sed si 'aliā' diceret, neque commode neque εὐφώνως loqueretur; praeualet enim masculinum genus. 2 PERISTI ordo est: <si te> post umquam in platea offendero hac, 20 peristi. 3 HEIA interdum hortantis est. ergo nunc 'heia' correptionem significat.

1066 **36** 1 NON COGNOSCO VESTRVM T. S. locutio adnotanda.

2 Mire laudauit, ut persuadere potuisset. 3 VESTRVM TAM S. noue 'uestrum superbū'. 4 VESTRVM SVPERBVM 25

1 FRETVS] f. C | quis enim om. C | et intriuillb' C || 2 ἀνακόλοντος V, ***** C || 5 QVAM] q. V | esse debeas Westerh.: esset ab ea codd. | est om. C || 6 TIBI] t. V | edico hoc tibi om. C (dett.); del.? || 7 milite C | <et> edico C || 8 si te . ui. p. o. hoc. C | id est W.: uel CV || 9 in lata C, platea V | non idcirco C | NIHIL EST secl. W. (interpol. ex seqq.) || 10 οἱ m. C | aut dett.: ut CV | est add. W. || 11 dicat 1. C || 13 quia enim C, quod enim V | ut — enim add. W. || 14 aut C || 15 q.] que C | quodam (in mg. quendam) C || 17 thayde C || 18 εὐφώνως V, ***** C || 20 si te add. W. | post umquam W.: postquam codd. | ^h ac V, ac C || 21 eia C | heia] cherea C || 23 uestrum <g. (genus dett.)> t. s. V, n. t. s. C || 24 uestrum <g.> t. s. V || 25 noue Schoell: non V, om. C; nota Teuber

absolute, ut (*Andr. IV 5, 22*) ‘pol, Crito, a. o.’ 5 Ergo subaudimus uel ‘ingenium’ uel ‘animum’ uel ‘morem’ uel ‘institutum’.

1067 37 1 PRIVS A. P. mira insinuatione agit, qui non ut consentiant, sed ut audiant paucis, petit. 2 Bene ‘prius’, 5 quasi non obstet, quominus faciant quod uelint. tum deinde quod attentionem excitat, addidit ‘paucis’, deinde ‘si placuerit’: facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, ut consentiat. 3 PRIVS A. P. ‘prius audite’ quod *⟨dicit⟩*, fiduciam ostentat persuasoriam rem dicturi. 10

1068 38 1 AVDIAMVS bene non ‘faciamus’ sed ‘audiamus’ dixit, nam prima oratoris impetratio in mala causa audiri meruisse. 2 TV CONCEDE PAVLVLVM ISTVC THRASO Thraso hoc in bonam partem accipit et ideo paret; putat enim uel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine se 15 audiente parasitus, uel incongruum sibi, si in os praesens a Gnathone laudetur. 3 ISTVC THRASO non ad se uocat, sed locum ostendit, quo abeat atque concedat.

1069 39 PRINCIPIO EGO VOS AMBOS CREDERE H. M. V. V. uidet neque se *⟨esse⟩* odio neque offendi animos audientium 20 *⟨nisi⟩* in militis nomine. ergo oratorie pro eo homine in quo offenditur eum in quo non offenditur posuit.

1070 40 1 ME HVIVS QVICQVID FACIO ID FACERE *⟨MAXIME⟩* CAVSA MEA deest ‘rei’, aut ‘est’, ut sit: me huius quicquid est quod facio, id facere maxime causa mea. 2 Hic 25 a persona discessit et rem non odiosam pro perodiosa supposuit, id est parasiticam pro aemuli amore et commodo.

1 absolute *ante* SPVERBVM C || 7 exitat C, existat ^e V | quo attentiores existant Steph. || 8 si] sed C | cum] tum C | flectitur — non *in ras.* V² || 9 audite W.: audi codd. || 10 dicit add. W. | dicturam C || 11 audiam et audiam C || 12 nam V, non C | imperatio V | causa *⟨est⟩* dett. || 13 metuisse C || 14 Thraso om. C | accepit C || 15 precemur C || 16 sibi si in os Steph.: sibi non C, si mox V || 17 laudatur C || 18 ostendat C || 19 credere ambos V || 20 neque om. V | esse add. Schoell; haberi (post odio) dett. | audientum V, -dum C, -tium dett. | nisi add. Schoell || 21 nomine V || 22 eum] cum C || 23 me huius q. f. id f. c. m. V || 25 quod om. C | causa] cum C || 26 prope odiosam codd., corr. Schoell

1071 **41** 1 VERVM SI IDEM VOBIS p. multum attulit ad persuadendum: non esse militi commodum admitti militem, sed ipsorum esse commodum. 2 VOS NON ID FACERE I. E. oratorie et secundum insinuationis praecepta sic dixit; nam remittendo et dubitando magis flectit animos, quam si aperte ac pertinaciter asseueret.

1072 **42** 1 MILITEM EGO RIVALEM RECIPIENDVM CENSEO artificiose satis semel intulit omne quod durum dictu ad persuadendum erat. nam quod 'militem' et 'riualem' dixit, ad eam rem ualet, ut magis admittendus sit quam ex- 10 cludendus. et simul fiducia sic dicentis parat animos ad audienda quae dicet. 2 MILITEM EGO R. R. c. riuales dicuntur aemuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis, quae sitientes cum ex eodem riuulo haustum petunt, in proelium contra se inuicem ueniunt. 15 sic Cicero pro Caelio (*cf. 8, 19*) 'sin erit ex illo fonte riuulus' inquit, et Homerus *****. 3 CENSEO *(uide)* uirtutem poetae: non dixit 'peto' sed 'censeo', tamquam illis iam consulat, non pro milite agat. 4 MILITEM EGO R. considera, quo uultu hoc dicendum sit, et intelleges 20 et 'militem' et 'riualem' et 'recipiendum' et 'ego' et 'censeo' quanta significant. non enim dixit 'Thrasonem' sed 'militem', quod ad stultitiam ualet nomen; nec 'socium' sed 'riualem', quod ostendit, quandoquidem riualis in meretrice capiendus, hunc potius eligendum; nec 'non ex- 25 cludendum' sed 'recipiendum' dixit, ut et ostenderet adeo prodesse, ut etiam de industria retinendus sit; et non

1 uerum suadem uobis placet *C* || 2 militi — 3 esse *om. C* | militis? | sed *<eommoodum>* *V* || 3 id f. *V*, facere *C* | *E.*] est *V* || 6 ac perennatitur *C* | assueuerit *C*, adseueret *V* || 7 militem ego r. r. ee. *C* || 11 adaudienda *C* | dicit *V* | r. r. e. c. *C* || 12 riuales dicuntur aemuli iis de (iisdem de?) mulieribus *V*, riualis dicitur emulus et (de *dett.*) mulieribus *C* (*dett.*) || 15 se *dett.*, *om. CV* || 17 *lac. in codd.* | *vide add. ed. pr.* || 20 ego r.] ergo *C* | quod *C* || 21 riualem recipiendum *C* || 22 significant *P*, -cant *LD*, -cat *CV* || 23 nec *W.*: et *CV* || 24 sed *ed. pr.*: quod *V*, quidem *C* | riuulis *ex -lus corr.* *C* || 25 meretricem *CV*, -ce *dett.* | capiend'i *C* || 27 etiam *om. C* | retinendum *C*

'uolo' aut 'rogo' sed 'censeo', ut consiliarius, non parasitus uideatur loqui. nam quod 'ego' addidit nunc, eo dicto usus est, quo uti solent qui plus in negotio uident, *ut in hoc ipso pronomine consiliarii auctoritas inesse uideatur*. nam sic in Phormione iurisc. (II 4, 9; 13; 17) '*ego* quae 5 in rem tuam sint ea uelim facias' ... 'ego sedulo hunc dixisse credo' ... 'ego amplius deliberandum censeo'.

1073 **43** 1 COGITA MODO 'modo' aut tantummodo significat aut temporis est aduerbum. 2 *Et* simul incerta distinctio est. 10

1074 **44** ET LIBENTER VIVIS id est: bonorum ciborum es atque edax.

1076 **46** SVPPEDITARE POSSIT SINE SVMPTV TVO aut pro 'suppeditari' aut deest 'se', ut (*Verg. Aen. II 235*) 'accingunt o. o.' 15

1077 **47** 1 AD OMNIA HAEC MAGIS OPPORTVNVS NEC MAGIS EX VSV TVO NEMO EST locutio est ex negatiuis tertia, ut (*Heaut. I 1, 11—12*) 'agrūm in his r. m. n. p. m. n. h.'
2 *(MAGIS)* EX VSV pro 'utilior', MAGIS OPPORTVNVS pro 'opportunior'. 20

1078 **48** 1 [†]NEMO EST[†] hoc est 'ex usu tuo'. 2 HABET QVOD DET ut diues, ET DAT NEMO LARGIVS ut liberalis.

1079 **49** 1 FATVVS EST hoc est 'opportunus'. 2 INSVLSVS sine sale et sapientia, aut sine saltu ac facilitate.

2 ego] eo C | nunc W.: non C, non V || 3 ut — uideatur *in codd.* post 493, 3 noctibus *leguntur*; *huc transp. Goetz* | ut in *Goetz*: ut *codd.* || 4 ipso nomine *codd.*, corr. *Goetz* | consiliari *C* | esse *C* || 6 suam *V* | sint — credo] sin tulerit ego faciam sedulo hunc dixisse credo *C*, intulerit ego faciās sedulo *hunc* dixisse credo *V* || 11 *<et>* uiuis (*-us C*) *CV*; uictitas? (*sic Ter.*) | es atque *Klotz*: est atque *V*, extat *C* || 13 s·s· tuo *V* | pro *om.* *C* || 16 MAGIS OPPORTVNVS] o·o· *C* | nec m·ex u·t·n· est *V* || 17 EST *om.* *C* || est *om.* *V* || 18 in his] mis *V* | n. p.] m·p· *C* || 19 MAGIS (*post vsv*) *add. dett.* | OPPORTVNVS] o· *C* || 21 NEMO EST] *schol. ad PRINCIPIO ET HABET etc. pertinet* | hoc — tuo et 23 hoc — opportunus *W.*: hoc — opportunus et 23 hoc — tuo *codd.*; cf. *V 4, 4 et 5* || 22 ET *om.* *V* || 23 factus *C*, fatuus *V* | imsulsus *ex imp-* corr. *C* || 24 aut *C*, ut *V* | saltu *C*, sale *V*

3 TARDVS in uenerem scilicet. 4 STERTIT plus dixit 'stertit' quam 'dormit'. 5 NOCTESQVE ET DIES plus significat, quam si <diceret> 'diebus et noctibus'.
 6 FATVVS inepta loquens. a fando 'fatuus' dicitur; inde Fauni Fatui et Nymphae Fatuae uocatae sunt.
 7 FATVVS EST INSVLSVS 'fatuus est' uerbis ac dictis, 'insulsus' corde atque animo; TARDVS 'tardus' corpore ac membris; quamuis etiam intellectu tardos dicamus, qui stulti sunt. 8 Sed melius est sic intellegi, ut ea uitia dicere uideatur, quae inamabilem faciant etiam diuitem largumque amatorem. nam aut uerba commendant, ut (*Verg. Aen. IV* 79) 'pendetque i. n. a. o.', hic fatuus est; aut sapientia gratum facit, ut (*Verg. Aen. IV* 3) 'multa uiri u. a.', et hic insulsus est. 9 Sed mihi uidetur fatuum dicere, qui tantum glorietur et blandiri amicæ nesciat, insulsum qui non sit salax et cupidus coitus, tardum qui non facile explicit uenerem, quae res mere-tricibus odiosissima est. 10 FATVVS INSVLSVS sunt qui fatuum animo putent, insulsum dictis, sed male. nam Fatui di quoque sunt, qui et Fauni dicuntur, et non stulti sed multum fantes, id est loquentes. 11 FATVVS EST INSVLSVS haec quae nunc addit non ex superioribus pendent. sed cum superiora ualeant plurimum — nam quia et diues et liberalis, potuit obesse riualibus —, haec omnia bona in milite corrumpuntur, quod 'fatuus', quod 'insulsus', quod cetera quae ipse persequitur. 12 FATVVS EST INSVLSVS haec bene adduntur, quia <quod> dixit 'et

1 scilicet *om. C* | plus — stertit *om. C* || 2 noctes diesque *C* || 3 diceret *add. ed. pr.*; dixisset (*post noctibus*) *dett.* | *etj* ac *V* | noctibus <ut — uideatur> *codd.*; cf. 492, 3 || 4 unde *C* || 6 EST] et *CV* || 7 tardus *om. C* || 8 quam etiam *C* || 10 diuitem] militem *V* || 11 largumque *dett.*, largum *CV* | commendant *V* | ut *om. C* || 12 pendet · q · *C* | *i.n.a.b.* *V*, *i.n.h.a.b.* *C* || 13 facti ut *C* || 14 *uir.u.i.a.* *V*, uitia *C* | et *sscr. C* || 15 dicere factum *C* || 16 fallax *C* || 17 tardus qui non tardus explicit *C* || 18 sunt *om. C* || 19 putant *C* || 20 *dii codd.* || 21 malum fauentes *C* || 23 ualeant *Steph.*: uel et *C*, uelant *V*; ualent *dett.* || 24 quia et] quia *C* || 25 corrumpuntur *C* || 27 <est> hec *C* | quod *add. Rabbow*

habet quod det et dat nemo largius', ad eam rem ualebat, ut amaretur miles a meretrice et praeposendus esset omnibus: sed ingrata sunt mulierculis maximeque lasciuis haec omnia quae subiecit. 13 FATVVS EST INSVLSVS hoc pro aceruo uitiorum cum quadam uultus improbitate prolatum est, quo magis res in medio posita esse uideatur.

1080 50 VBI VELIS quando uel <quando>cumque.

1081 51 1 QVID AGIMVS initium consensionis dubitatio est eius, qui negauerit. 2 HOC ETIAM deest '<est>' uel 'habet'. 3 QVOD EGO parasitus scilicet. 4 PRIMVM 10 PVTO 'primum puto' quasi parasitus.

1082 52 1 ACCIPIT HOMO alit, pascit, inuitat, ut (*Verg. Aen. III 353*) 'illos p. rex a. i. a.' 2 NEMO MELIVS PRORSVS <N. P.> horum alterum apparatum indicat, alterum copiam.

1083 53 1 MIRVM NI ILLOC H. Q. P. O. EST facete dixit adulescens rei parcus et qui putet amorem sine damno esse oportere quique feffellerit meretricem, non solum eiciendum non esse militem, sed etiam quous modo sustinendum ac perferendum. 2 MIRVM NI I. H. obtinuit 20 parasitus iam quod negabatur: primo deliberatum, ut 'quid agimus?', post concessum, ut 'mirum ni i. h. q. p. o. e.'

3 MIRVM NI ILLOC H. Q. P. O. E. hic, inquit, eiusmodi est, ut etiam cum mala condicione paciscendum sit.

1 nemo lar. C | rem eam uolebat C || 2 esse C || 3 in gratia C || 4 est] et CV || 5 acerbo V | prolatus C || 7 quando-cumque Schoell; cum ed. pr. || 8 uitium confessionis C || 9 hoc iam C | est add. Klotz; ei est Westerh. || 10 scilicet om. C || 11 primum puto om. C || 12 alit W.: alii CV, accipit dett. || 13 illos rex (reß C) · p · a · (om. C) i · (m · C) a · CV || 14 apparatur C || 15 copiam post MIRVM in C || 16 ne · illo · c · h · q · o · C, n · i · h · q · p · o · est V || 17 para^ētus V || 18 quoque C | feffelerunt C, ^{fe}^efallerit V || 19 eiciendum V | esset C || 20 substi-nendus C | ni] ne C, n · V || 21 nam C | deliberatum om. C || 22 ne i · h · q · u · e · C, n · i · h · q · p · a · est V || 23 n · i · h · q · p · o · est V, ne illo c · h · C | hoc C || 24 etiam ut C; ut <ei> etiam? | patiendum C

4 IDEM EGO ARBITROR iam opus fuit consensionis praecipue Phaedriae, cuius res agitur; nam ita et seruata persona est tarde consentientis amatoris.

1084 54 1 RECTE FACITIS gratiarum actio est. 2 VNVM ETIAM VOS ORO subtiliter etiam parasitus hic se adiungit 5 suasque partes circa hos agit.

1085 55 1 SATIS DIV IAM h. s. v. uide quemadmodum pau- latim serpat etiam in horum assentationem ex uituperatione militis. 2 HOC SAXVM VOLVO prouerbium in eos, qui inextricabili labore afflitti sunt. 3 Et bene 'saxum' 10 de stulto milite, et ipsum <se> Sisyphum fecit. 4 HOC SAXVM VOLVO uelut Sisyphus apud inferos.

1084 54 3 VT ME IN VESTRVM GREGEM iam hos laudat et nimis parasitus est, si recordaris eundem dixisse (III 1, 37) 'facete, lepide, laute, n. s.' 15

1086 56 1 AT EGO PRO ISTOC subaudimus 'et sum hic', aliter non ut parasitus. 2 PHAEDRIA ET TV CHAEREA ambos nominat, quasi legibus paciscantur.

1087 57 1 HVNC COMEDENDVM cum ceteris rebus summus poeta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticae exemplo 20 Gnathonis de milite loquentis hoc modo. 2 PROPINO facete dixit ut parasitus et qui de conuiuio loqueretur.

1088 58 1 DIGNVS EST haec uerba ultima longi sermonis eiusmodi sunt, ut haec miles audiens laudatum se esse et approbatum existimet. 2 VBI VIS honorifice reuocat 25 ablegatum cum iniuria dicendo 'ubi uis', quia 'accede'

1 i · arbitror ego C | iam dett.: an C, om. V | consensionis (consent- C) CV, -ne dett. || 3 est] et C || 5 etiam om. V || 7 SATIS — v.] satis hoc diu h. s. u. fero C || 8 serpat Steph., seruat codd. | adsentationem V | et nictuperationem C || 9 volvo] uerso C (fero dett.) || 11 se (ante ipsum) add. ed. pr. | sisiphum C, sysciphum V | fecit om. C | hoc — volvo] s. u. C || 12 sisiphus C, sysci- phus V || 13 in u. g. V | hos Steph.: hoc V, om. C || 15 s.] u. V || 16 pro istoc b. V, per istoc C | et cum hic C || 17 para- situs <non> C || 18 paciscatur C || 21 PROPINO] praebeo V || 22 dixit <d.> C | qui de Steph.: qui de <eo> V, quidem <eo> C; qui de eo <ex> Schoell || 24 ut] et C || 26 allegatum C | dicendum C | qui accede C

imperatiuum erat. 3 *Et 'ubi' nisi quando intellexeris, uitium est.*

1089 59 1 ISTI TE IGNORABANT figura διλογία: ad utrumque enim pertinet, et ad laudem et ad <uituperationem>. 2 MORES OSTENDI T. et hoc ambiguum.

1090 60 1 SECUNDVM FACTA ET V. T. I. et hoc ἀμφίβολον, nam 'uirtutes' εἰρωνειῶς pro uitiis ponuntur, ut (*Ad. IV 7, 5*) 'nescis qui uir siet' et (*Ad. II 1, 22*) 'ornatus essem ex tuis uirtutibus'. 2 FACTA ET V. T. proprie militibus adscribuntur 'facta'. 3 FACTA ET V. T. amarior 10 est ironia in uitiosos homines quam ueritas.

1092 62 1 NVMQVAM ETIAM FVI VSQVAM 'numquam' et locum et tempus significat, 'usquam' locum magis. 2 NVMQVAM pro non. 3 *Et 'numquam usquam' τῷ ἀρχαισμῷ pro 'non usquam', id est nusquam.* 4 QVIN ME OMNES 15 AMARENT contrarium superiori. quid est enim quod bene non fecerit quisquam, si in illo est, ut ametur?

1093 63 1 ATTICAM E. et hoc εἰρωνειῶς, ut illa quae supra. 2 'Atticam' dicit ueram atque germanam, quia et cultior eloquentia Attica dicitur et summi oratores Attici 20 appellati sunt.

1094 64 1 PRAETER PROMISSVM et hoc ad utrumque anceps est intellectu gemino. 2 ITE HAC quo uocat parasitus?

2 est *V*, erat *C* || 3 isti · to · i · *C* | figurata di^alogia *V*, adilogia *C*, figura dialogia (*vel* diologia) *dett.* || 4 uituperationem add *W.*; cf. *Andr. prol. 6, Eun. IV 4, 21* || 5 OSTENDI T.] ostendit *C* (*dett.*), om. *V* || 6 FACTA — i.] fac · et · uir · t · *C* | amphibolon *codd.* || 7 nam ed. pr.: an *codd.* | yronicos *C V* | ponuntur (corr. m. 2 = *dett.*) *V* || 8 qui — siet] cur sciet *C* || 9 v. t.] ut *C V* || 10 militibus om. *V* | facta om. *C* | v. t.] ut *V*, u. *C* || 11 yronia *C V* | quam ueritas om. *C* || 12 ETIAM FVI] fui et *C* | numquam] nusquam *C V* || 13 usque *C* || 14 unquam usquam *C* | τῷ ἀρχαισμῷ *V*; ***** *C* 15 non — est om. *C* | quia omnes me amarent *C* || 16 quidem enim *C* || 17 non *dett.*, om. *C V* | quicquam *C*, qui^squam *V* (= *dett.*) || 18 Attica ex amica corr. *C* | e.] elo *C*, om. *V* | yronicos *C V* | ut] et *C* || 22 PRAETER PROMISSVM] promissum *C*, praetermissum <est (add. m. 2)> *V* || 23 intellectu geminū (corr. m. 2 = *dett.*) *V*, in geminum *C* | Item *C* | quo ex que corr. *C*.

ad meretricem an ad cenam militis, ut promisit (*v. 57*)
 'hunc ego c. et d. censeo'? 3 ITE HAC comessatum ad
 militem uel Thaidem. 4 Si cenae interfuit meretrix,
 quo modo acta post sunt omnia, cum mentio noctis non
 facta sit? omnia post cenam gesta sunt et non completa 5
 per rixam cena superfuit plurimum temporis ad agendum.

1 *<an (in mg. m. 2)>* ad *V* | *an*] nam *C*, nam *V* || 2 ego
 et *c.* et deuorandum censeo *V* | ite *ex ita corr. C* | commessatum
C V || 3 uel *om. C* | Si cenae] finece *C* || 4 acta — omnia]
 post facta sunt *C* | mentio] *m *** C* || 5 sint *C* | non completa
 per fixam cenam *C*, completa non ante cum prefixam coe-
 nam non *V* (= *dett.*), corr. ed. pr.

Appendix.*)

Vita Terenti.

Praeter Ritschelium in universum conferendi sunt Büttner, 'Porcius Licinus u. d. litter. Kreis des Catulus', Lips. 1893, 8 sqq.; Leo, 'Plautin. Forsch.' 55 sqq.; 'Griech.-röm. Biogr.' 11; 136 sqq.; Körtge, 'In Suetonii de vir. ill. libros inquis. cap. III' (Diss. philol. Hal. XIV 3) 23 sqq.; 69 sqq.; Macé, 'Essai sur Suétone' (Bibl. des écoles franç. d'Athènes et de Rome 82, Paris 1900) 251 sqq.

Vita 1: cf. Hieron. chron. ad a. 158 a. Chr. n.; vita Ambros. — v. Bergk Philol. 16, 628; Büttner 46; Körtge 71; Sabbadini 'Studi ital.' II 28.

Vita 2: cf. vita Ambros. — v. Leo 'Plaut. Forsch.' 55; Körtge 71. — Ad Porc. Lic. v. 1: Stowasser, Ephem. gymn. austr. 51, 1069; 1074; ad v. 2: Dziatzko, Mus. Rhen. 29, 462; Baehrens, Ann. philol. 123, 403; Stowasser l. c. 1071; Skutsch 'Forsch.' I 44 adn. 2; ad v. 4 sqq.: Bergk, Philol. 16, 630—31; Ritschl, Parerg. I 637; Vahlen, 'Monatsb. d. Berl. Akad.' 1876, 790; Baehrens l. c. et Fragm. poet. Rom. 278; Büttner 32; Ribbeck, Mus. Rhen. 1895, 314—15; Stowasser l. c. 1070 sq.; ad. v. 7: Ritschl l. c.; Büttner 32; Stowasser l. c. 1073; Leo 'Plaut. Forsch.' 329; ad v. 9—10: Ritschl, Vahlen, Ribbeck, Stowasser, Leo l. l. c. c.

*) Spatii angustiis coactus quae in singularum paginarum calce collocari debebant in hanc appendicem congessi, quam Donateam quaestionem tractaturis neque ingratam neque inutilem fore spero. Continet autem indicem eorum locorum, quibus locis aut veteres auctores eadem vel similia exhibent, atque in Donati commento leguntur, aut nostrae aetatis viri docti de singulis adnotationibus disputaverunt; accedunt nonnulla, quae ad crisin et analysin pertinent. Alio loco uberius de hac re disputare in animo est.

- Vita 3: cf. Hieron. l. c.; 'Studi ital.' V 304. — v. Leo 'Plaut. Forsch.' 90 adn. 1; Pauly-Wissowa 'Realeencycl.' s. v. Accius (Marx) et Caecilius (Skutsch); Körtge 71. — inuitatus] 'ab illo inu.' Ritschl, 'ab eo inu.' Dziatzko ed. Ter. 1884, XVII. — in dinumeratione omnium] v. Leo Mus. Rhen. 38, 321; Vahlen, Ind. schol. Berol. 1883/84, 3; Büttner 37; Stowasser l. c. 1074. — Ad Volc. vers. v. Ritschl; Dziatzko, ed Ter. XVII; Bergk, Vahlen, Baehrens l. l. c. c.; Leo l. c. 322; Büttner 37; Stowasser l. c. — Eunuchus quidem etc.] cf. Don. praef. Eun. I 6*; vit. Ambros. extr. — ascribitur *** nam] v. Vahlen l. c. 3; Leo l. c. 320.
- Vita 4: cf. Cicero ad Att. VII 3, 10; Quintil. inst. orat. X 1, 99; Eogr. ad Ad. prol. 14; vit. Ambros. — v. Leo, Mus. Rhen. 38, 320; 'Plaut. Forsch.' 55; 56; 'Griech.-röm. Biogr.' 137. — 'quae <et> tum magis et usque' etc. Baehrens, Ann. philol. 123, 404.
- Vita 5: cf. Hieron.; Auson. ep. 18, 16; vit. Ambros.; 'Studi ital.' V 304. — v. Bergk Philol. 16, 630 sqq.; Fleckeisen 'Krit. Misc.' 59 sqq.; Sauppe, 'Gött. gel. Nachr.' 1870, 121; Rabbow 342. — Ad Volc. vers. v. Baehrens, Annal. philol. 123, 404; Dziatzko-Hauler, Phormio p. 20 adn. 5; Büttner 34. — cum C et VIII fabulis conuersis a Menandro] cf. Gellius XVII 4, 4. v. Dziatzko-Hauler l. c. adn. 7 (Skutsch).
- Vita 6: 'filiam quae equiti', om. 'post', Büttner 48. — quo magis miror etc.] v. Körtge 34.
- Vita 7: v. Körtge 71. — Ad Afran. vers. v. Bergk, Philol. 16, 633; Dziatzko ed. Ter. 1884, 5. — Ad Cicer. vers. v. Ritschl; Baehrens, Annal. philol. 123, 404; Macé 292.
- Vita 8 sqq.: v. Leo 'Griech.-röm. Biogr.' 12 et 39 adn. 1.
 „, 9: †Vallegius] v. Schanz, 'Gesch. d. röm. Litt.' I² 87; Stowasser l. c. 1075; Buecheler, Mus. Rhen. 33, 492; Leo ibid. 38, 322; Schoell ibid. 57, 163. — Ad vers. sequentes v. Bentley (Dziatzko, Ann. phil. Suppl. X 664); Bergk l. c. 635; Büttner 40; Stowasser l. c. 1075; Schoell l. c.
- Vita 10: cf. vit. Ambros. extr. — v. Havet, 'Rev. de philol.' 1877, 280; Rabbow 332; Dziatzko-Hauler, Phormio 18 adn. 1.

Euanthius de fabula. — Excerpta de comoedia.

De his tractatibus deque tota quaestione Euanthiana v. Teuber, Progr. 1881; Scheidemantel, Quaest. Euanth.; Sabbadini, 'Studi ital.' II 8 sqq.; Smutny 96 sqq.; Rabbow 314—20; Wessner, 'Unters. z. lat. Scholienlitt.' c. I. — De titulo prioris tractatus v. Keil ad Rufin. Gr. L. VI 554; Dziatzko, Mus. Rhen.

25, 438; Leo ibid. 38, 326; Teuber l. c. 5; Scheidemantel l. c. 10; Smutny 95 adn. 3.

Euanth. I 1—2: v. Kaibel 'Die Proleg. περὶ κωμῆς' 44. — Ad vocis 'tragoediae' originationes: a) tragoedia ab hirco immolato cf. Diom. I 487, 14; schol. Bern. Geo. II 382; ab hirco hoste vinearum cf. Verg. Geo. II 380 et Serv. ad h. l.; Diom. l. c. (Varro; cf. rer. rust. I 2, 19); Exc. de com. V 7. b) tragoedia ab hirco praemio poetae cf. Horat. a. p. 220 et Porphy. ad h. l.; sim. Exc. de com. V 7; Diom. I 487, 13; Serv. Ecl. III 20; Serv. Dan. Geo. II 383; Isid. orig. VIII 7, 5 (= Lib. gloss.); schol. Dionys. ed. Hilg. 18, 3; 172, 17; 306, 7; 475, 1. c) tragoedia ab utre hircino musti pleno, praemio cantatorum cf. Diom. I 487, 30; Etym. M. 764. d) tragoedia a faecibus cf. Horat. a. p. 277 cum Porphy.; Exc. de com. V 7; Diom. I 487, 23. — De Aeschylo personarum repertore cf. Horat. l. c.; aliter Diom. I 487, 25 (cf. Suidas s. v. Θέσπις).

Euanth. I 3: v. Kaibel l. c. — Vocis 'comoediae' origo petitur: a) ἀπὸ τῶν κωμῶν cf. Exc. de com. V 2; Diom. I 488, 5; Festus P. 39, 6; Isid. orig. VIII 7, 6 (= Lib. gloss.); schol. Bern. Geo. II 382; Aristot. poet. c. 3; schol. Dionys. ed. Hilg. 20, 7; 172, 25; 306, 15; 450, 30. b) ἀπὸ τοῦ κωμάξειν cf. Diom. I 488, 12; Isid. l. c.; Varro de l. l. VII 89 (cf. Festus P. 41, 3); Aristot. l. c. — Apollo Νόμιος] cf. Don. ad Verg. Buc. ed. Hagen 742. — Apollo Ἀγνιατός] cf. Don. Andr. IV 3, 11; Eun. I 2, 5; v. Sabbadini 'Studi ital.' III 361; V 303 sqq.

